de gladio maligno. In psalte R.

In ecclesys. V. Cantate domino can

ticum nouum cantate domino omnis ter

ra. Domino. R. Cantate de o. V. Date

gloriam laudi eius. Psalmum. R. Bonum est

confite V. Ad annunciandum mane mane

misericordiam tuam et veritatem tu am

per noc tem. Et psal. R. Dicant nunc. V.

Quos rede mit de manu inimici et de re

gionibus congregavit e os. Ad in.

R. Ponis nu bem. V. Qui In vig. asce. ad vs. ultium pascha R.

fa cis angelos tuos spiri tus et ministros

Ad ultimum pascha ad vs. Sup mgt

Adhuc multa habeo vobis dicere

Ad mag. an. pater
manife.
tuos flammam ignis. Qui am. In die asce.
Alleluia. Rege asc. p. Venite. R.
Post passionem su. V. Et conuescens
precepit eis ab iherosolimis ne discederent
sed expectarent promissi onem pa tris.
Et audientibus. R. Omnis pulchritudo. R.
Nisi ego abiero paraclitus non ueniet
dum assumptus fuero mittam uobis e u.
Ad mag. Pater manifestaui nomen tuum

Et no men. R. Non conturbetur cor. V.

Nisi ego abiero paraclitus non veniet

dum assūptus fuero mittam vobis e

um. Spiritum verita. Invitator. fer. vi.

Ascendens xpistus in al. p. Venite ex. R.

Exaltare do. V. Cantabimus et psal

le mus. In vitru. R. Ascendens in altū. V.

Ascendit deus in iubilatio ne et domi

nus in uoce tu re. Dedit do. R. Non con turbetur cor. V. Ait si ego abiero paraclit[us] n[on] ueniet et du[m] assumptus fuero mittam uobis e um. Et ille. Dauid. Invitat. Ascendens xpistus in al. Ps. Venite exul. R. Ponens nubem. V. Qui facis angelos tu os spiritus et ministros tuos flammam ignis. Qui amb. Tempus est. V.

Nisi ego abiero paraclitus non ueni
et dum assumptus fuero mittam uobis
e um. Vt ille. R. I te in orbem uni.
In nomine patris et fili i et spiritus
sancti. Qui credi. Gloria patri et fi
li o et spiritui sancto.

Dñica p. ascẽsionẽ. Inuitat.
Alla. Regẽ as. R. Omnis pulc.
R. Nõ turbet. R. Exaltare dñe.
In uig. pentc. ad. Vs. R.

Repleti sunt om. V. Loquebantur ua
rijs linguis apostoli magnalia de i

ad mg' a̅ O

Pro uit. Inuit. Alleluia. Spirit' p̄ Venite.

R̸ Dum complerent. V̸ Repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui. Tamq̄. R̸ Repleti sunt. V̸ Loquebantur. Vt sup̄. Apparuerunt aposto. V̸ Loquebantur uariys linguis apostoli magnalia dei. Dedit q̄. In ij° vs ad mgt an hodie ... solui

Cr. ij. In. Alleluia. Spiritus do. p̄ Venite. R̸

O Ad mg' a̅. Non uos relinquam orphanos ac ...

Iam non dicam. V. Quorum remiseritis pec
cata remit tuntur e is. Acci pi. R.
Ulti mo festi. V. Qui sitit ueniat et
bi bat et de uentre eius fluant aque ui ue.
Hoc autẽ. R. Disciplinam et sa. V. Spiritus
domini repleuit orbem terrarum et hoc quod
continet omnia scienciam habet uo
cis. Et intel. Inuit. Alleluia. Spiritus do. R.

Non vos relinquam. ℣ Pacem meam do nobis dicit domi nus pacem re linquo no bis. Et gaud. ℟ Spiritus sanc tus proce. ℣ Loquebantur variis linguis a posto li magna lia de i. Vt in ore. ℟ Factus est repen. ℣ Et apparue runt illis dispertite lingue tamquam ig nis se dit que supra singu los e o rum. Et reple

Fer. iiij. Invit. vt s. R Factus est repente R

Dum ve ne rit V Nisi abiero para

clitus non veniet et dum assumptus fuero

mittam vobis e um.

R Loquebantur va V Reple ti sunt om

nes spiritu sancto et ce perunt lo qui.

Prouit. Fer. v. Invit. R Iam non dicam R

Vlti mo. R Disciplinam. Fer. vi. Invitat. vt s.

℟ Non vos relinquam. ℟ Spiritus sanctus.

℟ Factus est repente. Laudes. Invitat. ut s. ℟.

℟ Loquebantur. ℟ Dum venerit. Rex sup.

℟ Factus est repente. In octa. pentecost. officium ut i die.

Ad mag. a. ✝. De dedicatione templi clxvi

Deum verum. Venite. Hystoria s. trinitatis.

℟ Benedicat nos deus ℣ Deus misereatur nostri et benedicat nos deus. Lumen.

℟ Benedictus dominus ℣ Replebitur maiestate eius omnis terra fiat

✝ Ad mag. a. Gracias tibi deus.

fi at. Et bened. ℟ Quis deus magnus. ℣.

Tu es deus qui facis mirabilia solus.

No tam fecisti in populis virtutem tuam

redemisti in brachio tuo po pulum tu

um. Tu es. Glo ria patri et filio

et spiritui sanc to. Tu es de. ℟

Magnus do minus. ℣. Magnus dominus

et laudabilis ni mis et magnitudinis ei⁹

non est finis. Et sapiencie e. ℟

R. Gloria patri ge. V. Da gaudioꝝ premia
da graciaꝝ munera dissolue litis uincula
astringe pacis fe de ra. Om ut temp. R.
Honor uir tus. V. Trinita ti laus
perhennis unitati sit decus perpetuum. In perh.
Gloria patri et fili o et spiritui
sancto. R. Summe trinita. V. Prestet no
bis graciam deitas bea ta pa tris ac
Gloria patri et filio et spiritui sancto. Qui natu

nati paritergꝫ spiritus al mi. Qui ℟

Bene di camus pa. ℣ Benedictus es

domine in firmamento ce li et laudabilis et

glorio sus. In se. ℟ Te deum pa. ℣

Quoniam magnus es tu et faciens

mirabili a tu es deus solus. Tibi.

Gloria patri et filio et spiritui sanc

to. Tibi. De corp. x. In pimis. vs. ℟.

Homo quidam fecit. V Venite comedite panem meum et bibite vinum quod miscui vobis. Quia para. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Invitatorium.

Xpistum regem adoremus. P Venite. R

Immolabit hedum. V Pascha nostrum immolatus est xpistus ita que epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. Et c.

Ad mag. A qua suavis est domine

280

℟ Co mede tis. ℣ Non mo yses

dedit vobis panem de ce lo sed pater meus

a det vobis panem de celo ve rum. Iste

est panis. ℟ Respexit hely. ℣ Si

quis manducaverit ex hoc pane vi

vet in eternum. Et amb. Glo

ria patri et fili o et spiritui

sancto. Et amb. ℟ Panis quem e go. ℣

Locutus est populus contra domi num

anima nostra nauseat super cibo isto levis

si mo. Quomodo. R Cenantibus illis. V

Dixerunt viri tabernaculi mei quis det

de carnibus eius ut saturemur. Accepi. R

Acce pit ihe sus ca. V Memoria memor

ero et tabes cet in me a ni ma me a.

Hoc sa. Gloria pa tri et filio et spiri

tui sancto. Hoc fa. Qui manducat.

Non est alia natio tam grandis que

ha beat deos appropinquantes sibi sicut

deus noster adest nobis. In me ma. R

Misit me pa. V Cibavit e um domi

nus pane vite et intellectus. Et qui.

Unus pa nis. V Parasti in dulce

dine tua pauperi deus qui habitare facis

unanimes in domo. Dis nes qui.

Gloria patri et filio et spiritui

sancto. Disnes qui. Dnica. i. pt trinit.

p. 369

Deus omnium. ℟ Dominus qui

eripuit me de ore leonis et de manu bestie

liberavit me. Et unxit. Dominus

369

qui eri. ℟ Misit deus misericordiam su

am et veritatem suam animam meam

erripuit de medio catulo rum leo nu-

p. 371

Ipse me. ℟. Ego te tu li ℣. Fecique tibi

nomen grande iuxta nomen magnorum qui

p. 370

sunt in ter ra. Firmans. ℟. Montes

gelbo ℣. Omnes montes in circui-

tu eius visitet dominus a gelbo e transe-

at. Ubi cecid. ℟. Exaudisti domine. ℣.

Aui regis israhel intende qui dedu-

cis uelut ouem io seph. Benedic. R

p. 372

Domine si conuer. V Si peccauerit in

te populus tuus et conuersus egerit peniten

ciam ueniens q[ue] orauerit in loco is

p. 372

to. Tu ex. R Audi domine ym. V Respi

ce domine de sanctuario tuo et de excelso

celorum ha vita cu lo. Super eo. R

p. 373

Peccaui sup. V Quoniam iniquitatem

meam ego agnosco et delictum meū corā

me est semper tibi so li pecca vi. Et

ma. ℟. Planxit autem da ℣. Montes gel

boe nec ros nec pluuia super uos descendat.

Quomodo. Gloria patri et filio et spiri

tui sancto. Quomodo ℟. Factum est p. 373

dum tol ℣. Leuauit q̄ʒ pallium helye qđ

ceciderat e i percussit q̄ʒ a quas et dix it.

Pater mi. R. Recordare do. V. Quiescat
domine ira tu a a populo tuo et a ciuitate
sancta tu a. V. Ut non. R. Prepara te cor
da. V. Auferte deos alie nos de me dio
ues tri. Et libera uos. Hystoria de libro sapientie. R.
Quando preparabat celos
In principio de us. V. Ego in altissi R. i
aderam. cum e o cun cta
mis habito et thronus meus in co lumpna
con po nens
na nu bis. Ante om. R. Emitte do mi R. 3

ne. V̄ Da michi domine sedium tuarum assis

tricem sa pien cia am. Ut mecum. R̄ NB Versu

R4 Da michi do. V̄ Dom V. Mitte —— illam de sede ma

nite mee ne derelinquas me in [illegible]

gnitudinis tuae ut mecum —— sit —— et mecum

7 laboret. no. Quoniam. Domine pa

ter. V̄ Da michi domine sedium tuarum

assistri cem sapi encia am. Et animo. R̄

R2 Gyrum ce li. V̄ Ego in altissimus

habi to et thronus meus in columpna nu

bis. Superbo. R. Ini cium sapiencie. V. 5

Dispersit dedit pauperi bus iusticia eius Nb:.

manet. In seculum. R. Verbum iniquu. 6

6. Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar — R. 6.

V. ... nomem illud et per :.

iurem nomen dei me v. Sed tantu. R.

Magna e nim. V. Deduxisti sicut o Feria R Z :.

ues populum tu um in manu moy si et

Feria 2da
Feria 2da R– R

a a ron. Et ho no. R Ne derelinquas me.

V Apprehende arma et scutum et exur

ge in adiuto rium michi. Ne gaude. R

Super salu tem. V Dixi sapiencie

soror mea es et prudenciam uocaui a

micam me am. Venerunt m. R

Feria 2da
3 Que sunt in corde ho. V Inperfectum

meum uiderunt oculi tu i et in libro

tuo omni a scri ten tur. Homo. R. Prebe Feria 3

fili cor tu. V. Attende fili mi disciplinam

patris tui et ad eloquium meum inclina

aurem tu am. Ut ad. R. A li no li. V.

Audi fili mi disciplinam patris tui i

et ne dimittas legem matris tu e. Quem

em. R. Audi fi li mi. V. Hono ra

dominum de tua substancia a et de primiciis

is frigium tuar da paupe ri bz. V

multipli. R. Aversio par uulo rum. V

Dui ri ad uos clami to et uox mea ad

filii os homi num. Qui autem me.

Si bona suscepim9. Hystoria Job. R.

V. In om nibz hys non peccauit iob labys

su is neqz stultum quid contra deum locu

tus est. Dominus. R. Antequam comedat.

v. Alo lo multa fortitudine contendat me
cum ne magnitudinis sue mole me premat
e quitatem prop nat con tra me.
Nonne dissi. Utinam appen. v. Quasi
harena maris hec gravior appa ret
unde et verba mea dolo re sunt ple na.
Et cala. Quia ire detraxisti. v. Milicia est
vita hominis sup terram et sicut dies mer

Fer. 3

cennarii dies e ius. Verumta. ℟

4. Indu ta est. ℣ Dies mei sicut umbra

declinaue rūt et ego sicut fe num arui

l. Memento ℟ Memento mei.

℣ De profundis clamaui ad te domine domi

ne exaudi uocem me am. Nec aspi. ℟

5. Paucitas dierum. ℣ Ecce in puluere

sedeo et in puluere dormio et si mane

me quesieris non subsis tam. Anteq̄m

R. Ne abscondas me. V. Voca me et respon 6 8

debo tibi aut certe loquar et tu re spon

de mi chi. Et formido. R. Quis michi 7 9

tri. V. Numquid sicut dies hominis

dies tui ut queras iniquitatem meam

cum sit nemo qui de manu tua possit

e rue re. Nisi tu. R. Noctem 10

os meum perfo· ℣ O custos hominum

quare me posuisti contrarium ti bi et fac

tus sum michi met ipsi gra uis parce mi

chi domine nichil enim sunt dies me i·

Fer. 2 Comparatus· R Versa est in luc tum· ℣

O custos hominum quare me posuisti cō

trarium ti bi et factus sum michi met ip

si grauis ~~parce michi domine nichil enim~~

sunt dies me i. Parce michi. R. Scio

do mi ne. V. Si ascendero in celum

tu illic es et si descendero ad infernum

ades me. R. Nonne cognoscet deus. V. Quis

det ut veniat peticio mea et quod expecto

tribuat michi deus. Et prober deus. R.

Ad festo dolori. V. Versa est in luctum

cythara mea et or ganum meum in.

In plora. ℟ Auditu auris. ℣ Unum
locutus sum quod utinā non dixissem qui
bꝫ ultra unum non addam ꝫ ponam digi
tum ori meo. Et ago. ℟ Qui con
solabatur me. ℣ Lectum deduxerunt o
culi mei et palpebras meas coperuit um
bra mortis. Quia re. ℟ Desiderium me
um. ℣ Solo multa fortitudine con

tendat mecum ne magnitudinis sue mole

me premat e quitatem propo nat con

tra me. Ut perue. ℟ Inclinans faciem. ℣

Que est e nim fortitudo mea ut sustineam

aut quis finis meus ut paci enter a

gam. Co si sum. Hystoria de tobia. ℟

Peto do mine. ℣ Qui regis isra

hel intende qui deducis uelut ouem io

seph. Ne reminis. R. Omni tempore bene. V.

Memor esto fili quoniam pauperem

uitam geri mus habebis multa bona si ti

mu e ris de um. Et omni. R. Memor

esto fili. V. Et Gloria [Gloria] magna erit coram

summo deo elemosi na om nibus qui fa

ciunt e am. Habeb. R. Sufficiebat.

V. Heu me fili mi ut quid te misimus

peregrina et lumen oculo ℣ nos tro ℣.

Baculum. ℟ Benedicite deum de ui. ℣

Tempus est ut revertar ad eum qui me

misit vos autem benedicite de um.

Quia fe. ℟ Tempus est ut re. ℣ Omni

tempore benedic deum et pete ab eo ut vias

tuas di ri gat. Et enar. De libro hester. ℟

Domine rex omni. ℣ Qui re gis is

rahel intende qui deducis velud ovem ioseph.

Libera. R. Conforta me. V. Da nobis domine locum penitencie et ne claudas ora canencium te domine. Coda. Spem in alium.

V. Qui regis israhel intende qui deducis velut ovem ioseph. Et omnia. Iudith.

Adonay domine. V. Dominator domine celi et terre rex universe terre

tu e. Exaudi. R. Tribulationes ci. V. Dom. 7

Pecca vimus cum patribus nostris iniuste

egimus iniquitatem fecimus. Do

mine. R. Benedixit te deus. V. Invenisti

angustie generis tui et non pepercisti animae

tuae. Ut n. R. Nos alium deum. V.

Expectemus humiles consolationem eius

qui non derelinquet nos. Nec amovet.

5 ℟ Recordare do· ℣ Cadat uirtus eor mi
racundia tua qui promittunt se uiolare
5 sancta tu a· Nos aute. ℟ Dominator
domine· ℣ Do mine deus exercitu um magne
co ntra ri us· Exaudi· ℟ Domine de
6 us· ℣ Erige brachium tuum sicut ab
7 initi o et allide uir tutem e o rum.
8 Et dextera· ℟ Uos qui in turr· ℣ Lauda te

dominum deum nostrum qui non deserit
spe rantes in se. Et uncto. Laudate do
minum. V Lauda te dominum omnes gen
tes et collaudate eum om nes po pu li.
Qui non deserit. De lib. Machabeor. R
Adaperiat. V Exaudiat dominus o
rationes uestras et reconcilietur uobis
nec uos deserat in tem pore ma lo. Concedat.

2 ℟ Exaudiat do. ℣ Adaperiat dominus cor
det vobis cor omnibus
uestrum in lege sua et in preceptis suis
ut colatis eum
et faciat pacem. ℟ Tua est potencia. ℣
faciatis voluntatem eius
Qui regis israhel intende qui deducis ue
7 lut ouem ioseph. Da pacem. ℟ Refulsit
sol. ℣ Erat enim exercitus magnus ual
de et fortis et appropinquabat iudas et exer
citus eius ad prelium. Et fortitu. ℟

Impe tum inimico ℟. ℣. Memento te mi

rabilium eius que fecit pharaoni et exerci

tui e ius in mari ru bro. Et nunc. ℟.

Ornaue runt. ℣. In ymnis et confessio Feria 2

nibus benedice bant do mi num.

Et facta. ℟. In ymnis et con. ℣. Orna Fer. 2 3

uerunt faciem templi coronis aure is

et dedicauerunt alta re domi no.

Qui magna. ℟ Congrega ti sunt ini. ℣.
Disperge illos in virtute tu a et destrue
eos protector noster do mi ne. ℣ Ut agnos-
Feria 2.
Dixerunt in das ℣ Et nunc clamemus in
celum et miserebitur nostri deus nos
Feria 3
ter. Dicent. ℟ Hic est fratrum. ℣ Vir iste
in populo su o mitissimus appa ru it.
Hic. ℟ Congregate sunt gen. ℣ Aperi

oculos tuos domi ne et uide afflicti onē

nostram. Do mine. R. Tu domine u. V. Fer. 3 2

Qui re gis israhel intende qui deducis ue 12

lut ouem io seph. Conserua. R. A peri Fer. 3. 3

celos tuos. V. Congrega te sunt gentes in

multitudi ne ut pugnent con tra nos. R. Tu.

R. Disrumpam uincula. V. Ego sum protec

tor tu us qui deleo iniqui tates tu as.

Et au feram muner.

Vidi dominum se. V. Seraphyn sta

bant super illud sex ale uni et sex a le al

teri. Et e a. R. Aspice domine de

sexe V. Qui regis israhel intende qui de

ducis velut ovem io seph. Aperi. R.

Aspice do mi ne quia. V. Plorans

ploravit in nocte et lacrime eius in maxil

lis e ius. Non est. R. Super muros tuos

V. Qui re minisemini domini ne tace

a tis et ne detis silencium e i. Tota.

R. Muro tuo. V. Qui regis israhel inten

de qui deducis velut o uem io seph. Libe.

Sustinui mus pa V. Peccauimus

Gloria

cum patribz nostris iniuste egimus

iniquita tem feci mus. Non in prec. R.

Feria 2

3 ℟ Misit dominus. ℣ Misit deus misericordiam suam et ueritatem suam animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Et non me. ℟ Angustie michi. ℣ Decrevi ...

Fer. 2

8 2 Dicens hec egero mors michi est si autem non egero non effugiam manus uestras. Melius.

7 ℟ Laudabilis populus. ℣ Beata gens cuius est dominus deus eius populus

quem elegit in heredi tatem si bi.

Heredi. Redimet dominus. V. A fructu

frumenti uini et olei sui multi pli

cati sunt. Et tu. A facie furoris. V.

Conuerte nos deus salutaris noster et

auerte iram tu am a no bis. Et ne fa.

Genti peccatrici. V. Esto placabilis

sup maliti a populi tu i. Misere.

Feria 2
i
10

Feria 3
i

Feria 3
3

Feria 4

℟ Indicabo tibi ho. ℣ Spera in domino et fac bonita tem inhabita terram et pasce ris in diui ciis e ius. Et sollicit tu. ℟

4 Angustus tu i. ℣ Abys sus uallauit me et pelagus cooperuit caput me um.

Fer. 3

3 Pu tas. ℟ Ciuitatem is. ℣ Qui regis israhel intende qui deducis uelut ouem io seph. Exaudi. ℟ Qui celo & conti. ℣

℣ Qui regis israhel intende qui deducis ue-
lut ouem ioseph. Exaudi ℟ Precipita
domine ℣ Tu autem in nobis es domi-
ne et nomen sanctum tuum super nos in
uocatum est. Muro. Incipit de sanctis. De sancto

Invitatorium

Confessorem regem ps. Venite. Nycholao Ad vesperas antiphona

Confessor dei Nycholaus ℣ Erat enim ualde
compaciens et super afflictos pia gestans uis-

Ad magnificat antiphona. O pastor eterne o clemens et bone pastor

cera. Ab ipso. R. O presulis sanctis. V. Vo ce

quippe de celo lapsa quidam insinuant

pre sul dignum episcopatu nycolaum.

Ad summum. R. Quadam die. V. Mox il

lis clamantibus apparuit quidam dicens

e is ec ce assum quid uocastis me. Et

sta. Glori a patri et filio et spiri

tui sancto. Et sta. A u diens xpi confes-

V. Statimque solutos a vinculis usque ad pretorium consu lis secum adduxit. Quo su. R. Qui cum audissent V. Clara quippe voce coram homini bus dignum referebant illum dei famulum. Salva

R. Beatus nycola ius. V. Ut apud xpistum eius patrocini is ad invenimur semp. Al le luia. Gloria patri et

fili o et spiritui sancto. R. Ex eius

tumbe V. Cateruatim ruunt populi cer

nere cupientes que per eum fiunt mi rabi

li a Aridis. R. Summe dei presul.

V. Qui tres pueros morti deditos illesos

abire fecisti tuis laudibus instantem con

serua pie tem. Namque. R. Dum miren

sium V. Iam dum gurgite salutaris ille li

[illegible] xxvi

quod manare cessauit quousque presul ide

cathedram suam re ciperet. Stillicidium mana.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

lu cie.

Lucia uirgo. V. Sicut per me ciuitas 7

cathanensium sublimatur a christo i ta

per te ciuitas syracusana de cora bi

tur. Quia tocam. R. Rogaui dominum

V. Pro eo ut me diligerent detrahebant 8

Lucie virg. ad Magt. an.

In tua paciencia.

michi ego au tem ora vam. Et michi.

R. Grata facta est. V. Adiuvabit eam deus vultu suo deus in medio eius non commovebitur. Et domin[us].

De s[ancto] sebastiano. R.

Sebastianus dei cul. V. Erat enim in sermone verax in iudicio iustus.

Ympn[us]. R. Sebastianus. V. Erat enim in sermone verax et in iudicio ius

Magnificat ...

... virum de plebe

tis. Lectio. ℟ Erant namque ℣ In commis

so quoque fide lus in interuen tu stren

nu us. In uniuer. ℟ Xpisto cottidie

℣ Ad hoc tantum sub clamide terre

ni imperii xpisti militem agebat ab

sconditum. Ut xpiano. ℟ Zoe uxor ny

costrati ℣ Benedic ti qui in omnibus

que locu tus es ex cecidimus. Ps. Dixit.

℟ Egregie dei mar- ℣ Locus enim fact(us) es supernarum virtutum que et in celis sp(irit)um tuum suscepe- runt. Et memoriale. ℟
Elegit do- mi- n(us). ℣ Bea- tus es et bene tibi e- rit e- gregie martir se- basti- a- ne. Gaudium. ℟ In illo loco. ℣
Nolite timere non separabuntur a vobis sed vadimus in celum parare vobis sydere

as mansio nes. Quam. R. Beatus

es tu. V. Beatus es xpi martir se

bastiane et benedictus sermo oris tui.

Quia. Invit. Agnetis. Venite adoremus. R.

Diem festum. V. Egressa agnes tur

pitudinis lo cum angelum domini prepa

ra tum inve nit. Quia solum. R.

Dextram me am. V. Induit me domi

In festo agnetis Gr ingt — In octava agnetis Gr ingt

Cristi virgo — Beata agnes

nus cyclade auro tex ta et inmensis monili

bus ornavit me. Et car. ℟ Anulo suo. ℣

Mel et lac ex eius ore suscepi et sanguis

eius ornavit genas meas. Quem cum.

℟ O omnipotens adorande. ℣ Ingressa agnes

turpitudinis locum angelum domini pre

paratum invenit. Et spiritu ecias. ℟

Ipsi sum despon. ℣ Propter veritatem

et mansuetudi nem et iusticie am-

pli fi. R. Induit me do. V. Induit me do

minus cyclade auro texta et inmensis mo

nilibus ornavit me. Et tamquam. R.

Iam corpus meum. V. Ipsi sum desponsa

ta cui angeli serviunt cuius pulchritudinem

sol et lu na mirantur. Cuius mat. R.

Pulchra facie. V. Specie tua et pulchri

tudine tu a intende prospere procede et reg

na. Intercede. R. Mel et lac. V. Cuius pul

chritudinem sol et luna mirantur ipsi soli

Conversionis S. Pauli ... audisti XXII

servio fi dem. Et sanguis. Inuitate ad ūs. R. In purificatione

pauli ao pauli ñ Oglo CXX XXIII

Videte miraculum. V. Virgo concepit

et virgo pepe rit et post partum vir go

permansit. Stans ho. Inuitatorium. Ad mag. ✠

Ecce venit ad templum. P. Venite. R.

✠ Ad mag. a. Senex puerum portabat.

R. Adorna thalamum V. Accipiens symeon puer in manus suas gracias agens benedixit te domi num. Quem uir.

R. Senex puerum V. Accipiens sy. Puer R.

Symeon iustus V. Responsum accepit symeon a spiritu sancto non uisurum se mortem nisi prius uideret xpistum do mi ni.

Et spiritus. R. Suscipiens ihesum in uL. V.

V Responsum accepit symeon a spiritu sanc
to non uisurum se mortem nisi prius uideret
xpm domi ni. Et glori. R Responsum
acceperat. V Lumen ad reuelatione gen
ci um et gloriam plebis tue isra hel.
Alla uide. R Postquam impleti sunt. V
2 Obtulerunt pro eo domi no par turtu
rum aut duos pullos columba rum.

1234 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 ...

Nata om̄e. ℟ Uidete miraculum. ℣.

Uirgo concepit et uirgo pepe rit et post

partum uir go perman sit. Aue se nes ℟

Gaude maria uir. ℣ Gabrielem archan

gelum credimus diuinitus te esse affatum

uterum tuum de spiritu sancto credimus in

pregna tum erubescat iudeus infelix qui

dicit xp̄m ex ioseph semine esse natum.

Dinn uirgo. ℟ Cum inducerent pu er ℣

Quia uiderunt oculi mei salutare tuum

qd parasti ante faciem omnium popu lo

rum. Nunc dimittis. Agathe uirg. Aña sr Magnif Beata agathes Inuitator.

Venite adoremus. ps Venite exultemus ℟ p.

Dum ingrederetur. ℣ Ego autem habeo

mamillas integras intus in anima mea a

quas ab infancia domino conse cra

tu. Imple. R. Vidisti domine. V. Propter

ueritatem et mansuetudi nem et iustici

am. Iussa. R. Quis es tu. V. Nam et ego

apostolus eius sum et notu medi

ca nam. Ip se me. R. Ipse me coronauit.

V. Vidisti domine agonem meum quo

modo pugnaui in stadi o zz quia nolui

obedire manda tis princi pum. Ipse.

℟ Agathes letissime. ℣ Mens me a solidata est et a xpisto fundata. Agonem.

Ego autem. ℣ Medicinam carnalem corpori meo numquam exhibui sed habeo dominum meum ihesum xpistum. Qui me.

Induit me dominus. ℣ Induit me dominus cyclade auro texta et immensis monilibus ornavit me. Et tanquam. ℟

℟ Pulchra facie ℣ Specie tua et pulchri
tudine tu a intende prospere procede et reg
na. Intende. ℟ Beata agathes. ℣ Agathes
ingressa carcerem benedicebat dominum
ihesum xpistum. Do mi. Kathedra petri + Invitat.
Regem regum adoremus. ps Venite. ℟
Solue iubente deo ℣ Quodcumque liga
ueris super terram erit ligatum et in ce lis
+ Ad mag. Solue iubente deo terrarū petre cathenas

et quodcumque solveris super terram erit solu

tum et in ce lis. Qui facis Invitatorium de s. gregorio.

Ad dominum vigiles cuncti. ps. Venite. R.

Aul gebat in ve. v. Beatus vir qui

timet do minum in mandatis eius cupit

nit nimis. Iuxta. R. Videns do mine vir. v.

Quoniam domini est regnum et ipse

dominabitur gen ci um. Oportet il.

De sto gregorio Sr mgt

Gloriosa sanctissimi

℟ Dum o raret mob ℣ Multa misericor
diam et veritatem diligit deus graciam
et gloriam dabit do minus. Hec signo.
Gloria patri et fi lio et spiritui sancto.
Hec signo. ℟ Propter intollerabiles. ℣
Nec fecit proximo suo malum et obpro
brium non accepit adversus proximos
suos. Vinctus. ℟ Orante beatissimo. ℣

Multum e nim ua let depreca ti o iusti

assidua. Sana. R. Ue re feli cem pre. V.

A do mino factum est istud et est mirabi

le in o culis nostris. Ad firmandam

Glo ria patri et filio et spiritui t

sancto. Ad fir. R. Sanc tus pa pa. V.

Innocens manibus et mundo corde qui

non accepit in ua no a nimam suam.

Carne lo cutus hodie. R. Hodie.

V. Ecce vere Israelita in quo dolus non est.

Coniunctus est. R. O Pastor apostolice V. Memor esto congregationis

catholice et dextera dei planta te vinee. R.

R. Tu origine. Gloria patri

et filio et spiritui sancto

Tu origine.

De festo Annunciationis Marie Folio 109.

Pars de Sanctis post festum pasche.

De Martiribus. Super uigt. Un. Inuitatorium

Fi- li- e Jerusalem

Al- le luia —— regem m[art]i[r]um d[omi]n[u]m

Veni te. — R. Pre- cio- sa In conspe-

ctu o[mn]is populi eius in atriis tuis. Je ru-

sa- — lem. Mors sanctorum. R. Lux perpe-

tu- a. Justi — autem in perpetuum vi-

uunt et apud d[omi]num est merces eo — rum.

R.

Et æter nitas Fi ... liæ Ierusalem ... Quoniam confortavit seras portarum tuarum benedixit filiis ... tuis ... in ... te In ... di e ... V. Dani de te ... Iusti V. In memoria æterna e rint iusti ab audicione mala non timebunt Rectos Glo ... ria patri et ... filio ... et Spiri ... tui sancto

De vno Martire. ℟ Beatus vir qui potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur.

℟ Lux perpetua. Filie Jerusalem. sp.

℟ Tristicia vestra. ℣ Mundus quidem gaudebit vos autem contristabimini sed tristicia vestra. Convertetur.

Philippi et Jacobi sp. mag.

A. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Invitato:

Alleluia. R. Ego sum vitis.

Manete in dilectione mea, sicut dilexi vos. Qui manet in me. R. Tanto tempo[re]

V. Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. Philippe. : festum Elisabethe reg[ine] CXLIX

Inventionis S. Crucis. sp. ingt. Helena desiderio plena.

R. Dulce lignum. Hoc signum crucis erit in celo cum dominus ad iudicandum venerit.

Quae digna sunt R. Hoc signum crucis

V. Cum sederit filius hominis in sede maie-

statis suae et coeperit iudicare seculum per ignem

Tunc manifesta: R. O crux benedicta

Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini

nostri iesu christi. Quae sola.

Iohannis ante portam latinam R. Vox tonitrui

V. Victo senatu cum caesare virgineo corpore tri-

pridiat in igne. Laus. Gloria patri et filio et spiritui sancto Sicut erat in principio.

Laus. Sr ingt. In ferentis olei do- linum missus Fol CCXXX In translatione S. Wiberti. Sr ingt. O Wigberte sacerdos cri-

Festum Albani martiris sr ingt.

Sanctus vir albanus mr domini

Iohis Baptiste

R. Tu puer V. Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum

o rum Va Gloria patri et

filio et spiritui sancto Va

Sr
mgt Inuitat

In gressu zacharia templum dni

ps Rl

Regem precursoris. Venite. Fuit homo

Rl

Erat iohes in deserto predicans baptis

mum penitentie. Et parare

Rl V

Elyzabeth zachariae. Fuit

homo missus a deo cui nomen iohannes

e rat. Quinquam domi no

3 Priusquam te formarem. V. Et di

lectus a deo et ab hominibus honori fi

catus est. Et prophetam. R. 4

Descendit. V. Iste puer

magnus coram domino nam et manus eius cum

ipso est. Et habebit

Hic praecursor. V. Ipse praeibit

ante illum in spiritu et virtu te he

li e. Ipse est Iuvenebat patri

Aptum est ob Zacharie et prophetavit dicens.

Ioannes est Precursor domini Ipse

precibit ante illum in spiritu et virtute he li

e Nullus maior Gabriel

archangelus Erit enim magnus coram domi

no nam et magnus eius cum ipso est Et multi in

R. In ter na tos V. Fuit ho mo missus a de o cui nomen (nomen) johannes e rat Quoniam

Joannis et Pauli martyrum

Isti sunt due olive

R. Isti sunt duo vi V. Isti sunt due oli ve et duo candelabra lucentia ante do mi num Dominatorem R. Isti sunt due

V. In om nem terram exivit sonus eo rum et in fines orbis terre verba e o rum

Habent potes-

R. Beati martyres

V. Unus spiritus et una fides e-rat in c ... is

Pater et filius

F. Petri et Pauli Ad invit.

Tu es pastor ovium

Invitatorium Christum regem

Ps Venite

R. Simon pe tre

V. Quodcunque ligave-ris super terram erit solutum et in coelis et quodcunque sup terram erit solutum et in cae lis

solveris

Et claues Si diligis me
Si o portuerit me mori tecum nõ te ne-
ga bo Et aut Tu es pe trus
3 Quodcumq; liga Et tibi Dñe si tu es
Lumq; uidisset uetũ ualidũ uenientẽ timuit et cũ ce-
pisset mergi clamabat dicẽs domine saluũ me fac
Et extendens Surge pe tre An ge
lus autẽ dñi astitit et lumen refulsit ĩ habitaculo

percussoq latē petri excitavit eū dicens surge

velo ci ter. Quia ceciderūt

R. Solve iubente. V. Quodcunqz ut supra. Qui facis ut pa

R. Tu es pastor V. Quodcunqz solveris sup terrā

erit solutū et in celis & q̄dcūqz ligaveris sup t̄rā erit

ligatum et in ce lis.

R. Ego p te. V. Caro et sāguis nō reve

lavit tibi & pater meus qui est in ce lis.

Et tu ali quando. R. Petre

Simon iōis diligis me plus his. tū scis domine quia amo te. V. Al.

Gloria patri et filio et spiritui sancto. Q. Que dicunt hoīe. Beatus es Simon bariona caro & sanguis [non] revelavit tibi sed pater meus [qui] est in celis. S. Et ego dico.

In 2dis vesperis

In commemoratione S. Pauli, Et profesto. Ad Mgt.

R. Glorioſi principes terrae

Qui operatus est. Gratia dei in me vacua nō fuit sed gra ei[us] semp in [me] ma- net.

℟. Scio ℣. Reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi dominus iustus iu[dex]. In il[lum diem]

℟. Bonum certamen ℣. Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. Deo. ℟. Reposita.

℣. Scio cui credidi. ut supra. Iustus

℟. Abundantius enim

Abundancius cum emulator existens paterna

Galatians 1:13-14

rũm meas tra dictio — nũm Sũp multos

R. Saulus autẽ V. Fuit — autẽ cum

discipulis q habitabant damasci p dies ali quos et

continuo i sinagogis pdica — bat christum

Affirmans qm̃ R. Gra — tia dei

Bonũm certamẽ certaui cursũ cõsũmaui

fidem — serua — ui S. grã cie

R. Sancte paule V. Tu es vas electionis

Sancte Paule apo sto le predicator veritatis in

uni verso mun do Intercede pro

R. Magnus A christo de

celo vocatus est et in terram prostratus ex persecutore

effectus est vas e lecti o nis



V.

Festum visitationis B. Marie virginis. sup F. 4

In octava Petri et Pauli sp. magt.

O glorio sum lumen omnium

ecclesi arum

unigenitus filius nobis est propitius

Marie Magdalene ad Magt.

Fi delis servorum [et] omnium acceptione dignus.

Invitatorium Venite precuremus.

Psalmus Venite R. Soror marthae

Martha satagebat circa frequens ministerium

at ma—ri a Au—die bat

R. Martha stetit V. Dic ergo illi ut me

ad—iuvet Gloria R. Cum venisset

V. Sicut peccatorum veniam sic fratri suo obtinuit vitam.

Ad pedes



ri a. Audiebat. R. Martha stetit et ait. V.

Dic ergo illi ut me adiuvet. Ministra.

R. Cum venisset. V. Dicit peccatori veniam

sic fratri suo optinuit vitam. Ad pedes.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Ad pedes. R. Unxit namque pre dicatum. V.

Mittens hec unguentum hoc in corpus meū

ad sepeliendum me fecit. Et quod hec.

5 R̸ Ar- milla. V̸ Divina misericordia te
interveniente non solum nos in via lenia-
than- te prohibeat sed ab ore etiam redire
concedat. Peniten. R̸ Acces- sit ad pedes
6 ihesu. V̸ Dimissa sunt ei pecca- ta
multa quoniam di- lexit multum.
Et oscula. V̸ Gloria patri et filio
et spiritui sanc- to. Et oscu. R̸

R O felix huius · V Illud complens pro
pheciam quia hostia deo spiritus pro se
con tritus · Et reis · R Plaudit auster ·
V Fluminis impetus ciuitatem dei le tifi
cat · Resolu · R Lau demus opus dei ·
V Vt confiteamur nomini sancto tuo
deus et gloriemur in laude tua · Maria ·
Gloria patri et filio et spiritui sancto ·

8

Liborij. Sr mgr. A pgeme Clxij
Anne historiam Clxxv

Maria hec est. Ad uincula s petri. Inuitatorium. R Clxxi Ad mag. a.

Regem regum adorem. p Venite. s stephani. In inuentione

Adoremus regem magnum. p Venite. R.

Beatus gamaliel. V. Calciatus caligis in supsticie deauratis quasi deambulans co ram e o. Et mr. R. Igitur dissimu la ta. V. Cui sacerdos respondit quis es domine at ille dixit ad e um. Luciane.

[illegible] Petri ad vincula

Ad mag. a. Angelus domini.

Inuentione sancti Stephani. Sr mgt

Ostendit sibi gamaliel

R. Va de lucia ne. V. Aper ei nobis uoloci us ut per nos hostium misericordie sit e hu mano generi adaperi at de us. Lucis.

R. Lucianus presbiter. V. Quia in ueris iherosolimis lapidatus ad lacerandum bes tiis et auibus exposi tus per dei prouidenciam permansit in tactus. Ipse e. R. Quem sci uiui ego ga. V. Auditor domini nychodeme

nus ibidem sepultus est et abybas filius

meus mecum est repositus ubi iacet ~~iacet~~

beatus stepha nus. In monumen to. R

Sacerdos de i lu. V Ut confisus fidu

cialiter annunciaret revelatio nem sancta

rum reliquia rum. Presta. ut i. R

Sanctus gama liel. V Unus ex

tribus cala this rubentes habebat rosas ta

quam sanguinem alii vero referti erant

rosis albis. Et quartus. ℟ Vi des o 8

frater. ℣ Intro gressus in ostium sepul

chri invenies eum in orien tali par te.

Qui solus. ℟ Sanctus iohannes epis. 9

℣ Qui primus apud iudeos dominica bella

Gloria

peregit ex ihesum a dextris virtutis dei stantē

videre pro merui it. Qui tamquam. ℟

R. Eo tempore. V. Tunc senatu Syxti.
simul omni convocato et conventione
publica fac ta. Iusserunt. R. Sanctis
papa sixtus. V. Et voce clara dix it
venite nemo metu at ter ro res. Ut nos.
O sancta. V. Una in divino servi
cio vita una in dilectione dei et proximi
una honor omnium fecit consensu con

In transfiguratione domini 1 c lxxxvi historiam de trinitate

cor dis. Una di e. De sca afra. Inuitator.

An sup mgt

Gloiosa et beatissima xpi martir afra



Vigili corde dominum. Ps Venite ex. R



Sancto presule. V



Mundi cordis amatorem nil in tam sordidis habere vasis protestatur. Ac se. R Hostis antiquus. V



Coactus a sancto pontifice mortifer in faucibus alpium tum dira conclusum perimere. Et. R



Dum fontem vite.

Gloria patri et filio et spiritui sancto Et

3 Va sa pri us i re m uasa emundans

mise ricor die. Xpiste. Gloria patri

et fili o et spiritui sancto. Xpiste.

R. Beatus uir. V. Qui po Laurencij. ad vs. R.

tuit transgredi et non est transgressus fa

cere mala et non fecit. Ideo enim. Inuit.

Venite adoremus re gem re. P. Venite. R.

Leuita laurencius V. Dispersit dedit paup

ad mg. a. Confitebor tibi domine rex

peri us iusticia eius manet in secu lum se

culi. Et thesau. R Puer me us V Do nec

ponam inimicos tu os scabellum pe dum

tu o rum. R Strinxerunt corporis V

Carni fices vero urgentes ministrabant

carbo nes subter cratem fer re am. Bea te.

Quo progrederis V Quid in me ergo

displicuit paternitati tue numquid dege

Le vi ta Laurentius Le vi ta Laurenti us

nerem probasti experire certe utrum ydoneum
ministrum elegeris cui commisisti dominici
corporis et sanguinis conse cratio nem.
Et nimis. R. No li me derelinquere. V.
Nos quasi senes leviores pugne cursum
recepimus te quasi iuvenem magnum glo
riosior de tyranno triumphus expectat post
triduum me sequeris sacerdo tem levi

ta. Non ego. ℟ Beatus laurencius. ℣

Mea nox obscurum non habet sed omnia

in luce clarescunt. Et ideo non ti. ℟

Beatus laurencius. ℣ Gracias

tibi ago domine quia ianuas tuas ingre

di merui. Domine. ℟ In craticula. ℣

Probasti domine cor meum et visi

tasti nocte. Et ad ig. ℟ Beatus laur. ℣

Qui potuit trāsgredi et non est trāsgressus

facere mala et non fe cit. Fecit enim. R.

Beatus Hypolito dixit

O ypolite. V. Dispersit dedit pauperi bus

Si credis in Dominum Jesum Christum

iusticia eius manet in secu lum secu li.

Et thesauros tibi. Wilberti mris. In .i. vs. R.

Sancte wi lerte. V. Wilbert te sydus

aureum domini gracia serviencium preces au

dit cle men ter. Et impe. Invitatorium.

Sup invit añ +

Magnificavit sanctum nomine tuum domine

R Fuit de t wiler. V Docenda prius

implebat quaqz gradiendum moueret prece

dere consuete rat. Instruc tus R

Instructus enim. V Sanctus uero wilert'

que perperam gerebantur correxit cateruam

post se fratrum prospere trax it. Quaqz R

Beatus wiler tus. V Ab annis puerilibz

litteris institutus nobilitatem seculi la te.

Meri to. ℟ Beatus wilertus dei fa. ℣.

Beatus uero wilertus seruato tramite ueritatis ad mansura gaudia felicitatis. Deuot.

℟ Sanctus wilertus. ℣ Vinculis carnis absolutus talentū sibi creditū domino suo cū lucro reportauit. Quia.

℟ Sancte wilerte. ℣ O wilerte sydus aureum domini graciā famulorum preces

au di cle menter. Co mpr. ℟ Sanctissi

mi confessoris ℣ Te quidem laudam9 te 7

adoramus ac humillime poscitamus. Ut

nos ℟ Dum(que) sanctus wilber tus. ℣

Quam fecisse indicium vite illius mu 8

dissi me cunctis haut dubi e con sta

tur. Visa. ℟ Beatus wilber tus perseue- 9

℣ Caritatis fratrum societatem con

temperavat ac sacre legis meditationem num

quā mente depo ne vat. Et ad presentis.

Felix namque es. ꝟ. Ora. In ymnis. ꝟs. R. In assūpc. b̄te marie

pro populo interveni pro clero intercede pro de

voto femineo sexu senciant omnes tuum leua

men quicunque celebrant tuam assumpci

o nem. Quia ex te ortus. Invitatorium.

In honore bea tissime. ps. Venite exul. R.

ad mg. Virgo prudentissima quo progrederis

℟ Vidi speciosam. ℣ Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris. Et sicut ℟

Sicut cedrus. ℣ Et sicut cynamomum et balsamum aromatizans. Dedi. ℟

Que est ista. ℣ Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris. Et regnie.

Tota pulcra es   In octava Assump

4 ℟ Beatam me dicent. ℣ Et misericordia e-
ius a progenie in progenies timen tibz
e um. Et sanctu. ℟ Ornatam in mo-
5 nilibz. ℣ Astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato circumdata va rieta-
te. Et trans. ℟ Super salu tem.
℣ Speci e tua et pulchritudine tua intende
prospere proce de et reg na. Nam et.

R. Veni electa mea. V. Specie tua et pulchri 7

tudine tu a intende prospere proce de et

regna. Quia. R. Ista est speciosa. V. Specie 8

tua. In cubilibus. R. Beata es virgo ma. V. 9

Ave mari a gracia plena dominus

te cum. Intercede. Invitat. In decoll: bti Johis bapt.

Venite adoremus regem. P. Venite ex. R.

Iste sanctus pro lege. V. Iste est qui con

ad mag. a. Arguebat herodem iohannem

tēpsit uitam mundi et peruenit ad celestia

reg na. Fundatus. ℟ Iustus germinabit

℣ Plantatus in domo domini in atrijs do

mus dei nostri. Et florebit. ℟ Desideri

um. ℣ Quoniam preuenisti eum in be

nedictionibꝫ dulcedi nis posuisti in ca pite

e ius co ro nam. Et uoluntate labi. ℟

Misit herodes. ℣ Arguebat herodem io

hannes ppt' he rodia dem. Quam R

Iohannes baptista. V Misso herodes

spiculato re precepit amputari caput iohā

nis in carce re. Propt. Metue

bat. V Et audi to eo multa facie bat et

libenter eum audi e bat. Decens. R

Postulante ne quissima. V Misso he

ro despiculato re precepit ut iohānes bap

Gloria patri et fili o et spiritui sanc to Decens

tis ta. Necaretur. R. Postulante nequissima
herodi. V. Propter simul discumbentes nolu
it eam contristari s; misso spi cula to re.
V. t ca put. R. Accedentes discipu li. V. Misso
herodes spiculatore precepit amputare caput
iohannis in carcere quo audito disci puli
e ius. Tulerunt. In nat. b. marie. In primis vs.
Sal ve nobilis. V. Dex tuus sup aurea

preciosa ungenta fauus distillans labia

tua mel et lac sub lingua tua. Maria.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Sicut erat in principio. Maria. Inuitator.

Corde et ore simul xpm re. ps Venite. R

Hodie nata est. v Beatissime uirginis

marie natiuitatem deuotissime ce

lebremus. Cuius in. R Beatissime

ad mag Natiuitas tua dei genitrix virgo

uirginis. V. Hodie nata est beata uir

go mari a ex progenie da uid. V. Ipsa.

R. Diem festum. V. Natiuitatem hodier

nam perpetue uirgi nis sollempniter cele

bremus. Quo inchoata. R. Glorio se uir

ginis. V. Beatis sime uirginis mari e na

tiuitatem deuotissime cele bre mus.

Ipsius. R. Regali ex pro ge ni e. V.

v. Voce et animo xpo canamus gloriam in hac sacra sollempnitate precelse geni tri cis dei. Laus. R. Corde et animo. v. Beatissime virginis marie nativitatem devotissime celebremus. Ut ip.

Ad nutum. v. Ut vitam vir cuis operi rex gracia celi pandit. Item.

R. Stirps iesse. v. Virgo dei

genitrix virga est flos filius e

ius. Et super. R. Solem iusti

cie. V. Cernere diuinum lumen gaude

te fide les. Stella. Gloria patri

et fili o et spiri tui sancto. Stella. ctinus.

Venite adoremus regē nrm̄. Venite. In exalta.

Absterget deus. V. Iustorum autem

anime in manu dei sunt et non tan

get illos tormentum malicie. Alla. R

Viri sancti. V. Unus spiritus et una fides erat in eis. Et ideo coro. R

Tradiderunt. V. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione et laverunt stolas suas in sanguine agni. Et merue. R

Sancti tui domine. V. Quoniam percussit petram et fluxerunt aque et torren

tes in unda ue runt. Terra appa. R

Vertera carnificum. V Tradide runt cor

pora sua ad supplicia propter de um

num. V Ut heredes. Hec est uera frater. V

Ecce quam bonum et quam iocundum habita

re fratres in u num. Contempnen. R

Dulce lignum. V Hoc signum crucis

erit in ce lo cum dominus ad iudican dum

Dulce lignum precioso facti [illegible]

uene rit. Alle. ℟ Hoc signum cru. ℣

Cum sederit filius hominis in sede ma 8

iestatis sue et ceperit iudicare secu lum per

ignem. Tunc ma. ℟ O crux benedicta. ℣

Michi autē absit gloria ri nisi in cruce 9

domini nostri ihesu xpisti. Alle so.

Inuitator.

Veni te adoremus. ps. Venite. Mathei apli ꝛ euā

℟ In uisio ne dei. ℣ De medio autē eius

Ad mag. a. Ecce ego iohannes.

quasi species electri hoc est de medio ig

nis. Et ex medio. R. Quatuor facies uni. V.

Sub pennis eorum manus hominis in quatu

or par ti bus. Et scintille. R. Similitudo

vultus. V. Due penne singulorum iungebantur

et due tegebant eorum corpora. Et facies et.

R. Facies et pen nas. V. Pedes eorum

pedes recti planta pedis ut planta vi tu li

Incedentes. R. Similitu do aspectus. V. Et u

numquodque eorum ambula bat coram fa

cie su a. Ubi e. R. Quatuor anima

lia. V. Erat autem visio discurrens in

medio quatuor a nimali um. Et erat. R.

Cum aspi cerem. V. Aspectus rotarum et

opus e rat quasi vi sio ma ris. Et

u na. R. Statura erat rotarum. V. Per quam

or partes euntes i bant et non reuerte

bantur cum ambula rent. Et aspectus R

Qui sunt hy. V Dor sa eorum plena

sunt ocults et scintille ac lampades in medi

o discurrentes. Et quasi. Gloria pa

tri et filio et spiritui sancto sicut erat in

principio. Et quasi. In primis vs. R.

In festo beati mychaelis.

Te sanctum dominum. V Cherubyn

quoq; et se raphyn sanctus proclamant

et omnis celicus or do dicens. Te de us.

Gloria patri et fi lio et spiri tui

sancto. Te de. An super magt. Dum sacrū misteriū cerneret iohēs

Angelorum re gi deo. p Venite. Invitator.

Factum est silencium. v Milia milium

ministrabant ei et decies milies centena mi

lia assistebant ei. Et audita est. R

Ste tit ange lus· V In conspectu ange
lorum psallam ti bi et adorabo ad templum
sanctum tu um· Et al. R In conspectu
angelo rum· V Stetit angelus iuxta aram tem
pli habens thuribulum aureum in manu
sua et data sunt ei in censa multa·
Angelus· R In conspectu angelorum· V
Super misericordia tua et veritatem tua a

quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tu um. Et confi. Hic est mi chael. v. Angeli archangeli throni et do minatio nes principatus potestates virtu tes celo rum. Et oratio R. Venit mychael. v. Emitte domine spiritum tuum de ce lis spiritum sapiencie et intellec tus. Vt proficiat R. Fidelis sermo. v. Allelu ia

milium ministrabant ei et decies milies cen

tena milia assistebant e i. Gracia dei. R

In tempore illo. V In tempore illo salua

bitur populus meus omnis qui scriptus fu

erit in libro in te. Et ueniet tem. R

Numquid scis. V Daniel uir desiderio

rum intellige uerba mea que loquor ad te

et sta in gradu tu o. Verumtamen.

Ad Magnificat

Confessor domini

Simonis et iude sicut in vigilia omnium sanctorum

Ad vesperas. Responsorium Dixit Ihesu iudas

In vigilia omnium sanctorum. Beati estis. Super magnificat

O quam gloriosum est regnum. Invitatorium

Regem regum dominum. Psalmus Venite ex. Responsorium

Te sanctum dominum. Versus Cherubyn quoque et seraphyn sanctus proclamant et omnis celicus ordo dicens. Te ex.

Gloria patri et filio et spiritui sancto. Te ex. Responsorium Summe trinitati.

℣ Prestet nobis graciam deitas beata pa
tris ac nati pariter et spiritus al mi.

Glā pri lxxxiiii ℟ ii

Qui. Gaude maria. ℣ Gabrielem
archangelum credimus diuinitus te esse af
fatum uterum tuum de spiritu sancto credi
mus impregnatum erubescat iudeus infelix
qui dicit xpistum de ioseph semine esse na
tum Dum uir. ℟ Qui
tunc hic qui. ℣

Vox sanctorum plena sunt oculis et scintille ac lampades in medio discurrentes

Gloria patri. Cxli

Et quasi. R. Isti sunt sancti. V. Tradide runt corpora sua propter deum ad supplicia et meruerunt habere coronas perpetuas. Et in san guin. R.

Sint lumbi vestri. V. Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester ven

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

turus sit. Et uos. Gloria patri et filio
et spiri tui sancto. Et uos. ℟ Beati es tis.
℣ Gaude te et exulta te quoniam nomina
uestra scripta sunt in ce lis. Ideo. ℟
Bea ti qui persecutio nē ℣ Bea ti mun
do cor de quoniam ipsi de um ui de bunt.
Bea ti pa ℟ Beati pauperes spiri tu. ℣
Bea ti misericor des quoniam ipsi miseri

cordiam conse quen tur. Be Ad vn̄ns.

In civitate domini. Sr nig. In .ij. vs. Gaudete et.

Scio e num. V Surgent mortui et resur

gent qui in monumentis sunt audient vo

cem filij dei et letabun tur. Et rursum. R

Redemptor me us. V Lauda anima

mea dominum laudabo dominum in vita

mea psallam deo meo quam diu e ro

Invitatorium In die animarum Regem cui omnia vivunt Ado remus Venite exul

Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua lu

℟ Manus tue. ℣ Dum veneris iu-
dicare noli me condempnare ne gaudeat de ini-
micus meus super me. In. ℟ Memento
queso. ℣ Vi tam et misericordiam tribuis-
ti michi et visitacio tua custodivit spiritum
meum. Nonne. ℟ Cognoscimus do mine.
℣ Vita nostra in dolo re suspirat et in opere
non emendat si expectas non corrigimur

et si iudicas non dam- nas. Mantum.

R. Quomodo confitebor tibi. V. Tibi soli peccavi domine. Miserere. R. Domine qui plasmasti me. V. Domine quicquid victore fallente dyabolo contraxi tu pius et misericors ablue indulgendo. Ne peccata tecum. R. Deus eterne. V. Qui in cruce positus latronem sero penitentem suscepisti e

orum precamur pie peccata dilue. Ut post. R

Libera me domine. V. Dies illa dies ire dies calamitatis et miserie dies magna et amara valde. Lugebunt super te omnes tribus terre. Quando. V. Tremens factus sum ego et timeo dum discussio venerit atque ventura ira. Quando. V. Quid ego miserrimus quid dicam vel quid faciam cum nil boni perferam ante tantum

iudicem. V. Vix iustus saluabitur et ego

ubi parebo. Dum veneris. In primis v's. R.

In festo beati Martini

Martinus sacerdos dei. V. O beate qui

dem uirgineo blandum habebat eloquium

grauis erat in mo[n]to crucis intenta mente [e]t ce

lo suspensus erat. Et inter alios. Gloria

patri et filio et spiritui sancto. Et inter.

Sup[er] m[a]g[nificat]. a[ntiphona].

O ieratum uirum. Hymn[us]. Adesemus xp[ist]um

omnis a[n]i[m]a paradisum possidet.

regem confessorum dominum. p̄ Venite ex. R

Hic est marti nus. V Sancte trinitatis

fidem martinus confes sus est. Vt inu

R oculis ac ma

Domine si adhuc. V Do mine si adhuc

in eodem labore stare me preceptis munita in

a deo tis im ple bo. Fiat uo R O beatum

uirum. V Domine si adhuc populo

tuo sum necessari us non recuso laborem

fiat uo luntas tu a. Quia nec mo. R

Oculis ac manibus. V Dum sacramen

ta offerret beatus marti nus globus ig

neus apparuit super capit e ius. Inuitatu.

Beatus marti nus. V Dum corporis

cepit repente destitui conuocatis ergo discipu

lis in unum dix it. Dissolui. R Dixerunt

discipuli. V Dei unus quidem desiderant te

xpistianum nostri pectus miserere quos de

se ris. In vadent. R. Dum sacramenta offer

ret. V. Orante sancto marti no. Glo.

R. Martinus abra he. V. Martinus episcopus

migravit a seculo vivit in xpo gemma sa

cer do tum. Celum. R. O

quam multis eras. V. Beati viri corpus usque

ad locum sepulchri hymnis canora celestibus turr

Tu autem sacerdos dei beate martine

va prose quitur di cens. Quiã prim.

In primis vs. R. In festo s. elysab:

Benedictus sit dominus.

V. Mulier res opulente audite et facite se cundum hanc ex divite factam voluntarie. Pauperculam. Glo ria pa tri et fi li o et spiritui sancto. Pau per. Ad magni. a.

Gaude ce lesti a plaude Invitat. Regi celo rum iubi lantes laudum per. p. Venite exul. R.

ad
R

De paupertatis pa lea. ℣ Aures surdis
reserat claudis gressum reparat et cecis
incessum. He reses. ℟ Ista regis fi li
a. ℣ Spiritum ieiunio carnem sub alici
o iu giter castigans. Desecr. ℟ O
mirandam. ℣ Hec pugnatura stadio me
te uirtum induit femur cingens gladio.
Et potes. Glo ria patri et fili o et spi

ritui sancto. Et p. R. Alternata se cu

lum. V. In gazophilacium viduarum tu

dua totum mit tens pre cium. Al pre R.

Egens egenis largiens. V. Vide grandis

spe secura manum mittens ad fu tu

ra. Celeste. R. Ce co na to. V. Nonne

hoc spec taculum idem isti uerus xpiste

rmo uat inma ci lum. Instrumen.

Gloria patri et filio et spiritui
sancto. Instrumen. R. Famulus se famu
lam. V. Hic sedula pauper cella lavit is
tos illis stravit. Et cor. R. Amans in pa
tibulo. V. Manum mittens ad fortia sic
vincit innocencia. Et su um. R. O
lampas. V. Tu dei sacratitas oliva
fructifera cuius lucet puritas et resplen

gent o pe ra. Lute. Gloria patri et

filio et spiritui sancto. Lute lacim.

Virgo gloriosa semp. Cecilie v. ad mg. a.

Deum te adoremus. ps Venite. Invitator.

Cantantibus orga nis. v. Biduanis R.

ac triduanis ieiuniis orans commendabat

domino qd time bat. fiat. dominne. R.

O beata cecilia. v. Cecilia me misit

ad nos ut osten datis mi chi. V. ban.

R. Virgo gloriosa semper. V. Est secretum

ualeriane qd' tibi uolo dicere angelum dei

habeo amatorem qui nimio zelo custodit

corpus me um. Et non. R. Cilicio cecili

a. V. Non dieb' neq' noctib' uaca bat a

colloquiis diuinis et o ratio ne.

Tybur. R. Ceciliam intra cubicu lum. V.

Angelus domini descendit de ce lo et lumē
refulsit in ha bita cu lo. Quem. R
Domine ihesu xpe. V Nam sponsum que
quasi leonē ferocem suscepit ad te quasi ag
nitum mansuetissimum destina uit. Ce
cilia. R Beata cecilia. V Suscipe domi
ne semen nostrum fructus quos in cecilia semi
nas ti. Quia amor. R Cecilia me misit. V.

8 Tunc ualerianus perrexit ad antistitem

et signo qd' acceperat inuenit sanctum ur

ba num. Quia ad. ℟ Dum autem ra ℣

9 Cecilia ualedicens fratri vos et ex hor

tans a tu. Cum ya. Clementis sup mag. a.

Dedisti domine habitaculum. Invit. Venite adorem.

Orante sancto clemente. ℣ Vidi

supra montem agnum stantem de sub cuius

pede fons ut iuus ema nat. Fluminis. R

Ora pro nobis. Tu autem martir

xpiste beate clemens ora pro nobis. Ut

digni. R Dedisti domine. V Hoc domine

ad laudem et gloriam nominis tui fieri

uoluisti. Ut enar. Katherine in primis V

Surge uirgo. V Pulchre syon filia

pro mortali terrena agni testa uellere et

corona glori e. Av e st tu. Gloria patri

et fili o et spiri tui sancto. Av e. Sr ing.

Voce cordis et oris Invitat Ado retur uir gi

num rex in seculorum. p Venite ex. R

Nobilis et pulchra. v Cui rex carne

pater fuerat regina q mater. Fragilit. R

Martirium si ciens. v De montis

plena sunt hec aut ydola muta.

Exclamat. ℟ Hec quinquagenos. ℣

Efficiens tres tres fidei quos perculit hostes.

Dirigit. ℟ O quam feli ces. ℣ Cum du

ce pectori o fit martir cesaris uxor. Plures.

℟ Uirgo flagellatur. ℣ Spon sus a mat

sponsam salua tor uisitat il lam. Flagl.

Xpistus hanc tenebro so. ℣ Salue

uirgo benedic ta quam xpisti pre senc...

Mro. ℟ Torrentio subdendi. ℣ Tanquam

chalde is quondam for nax baby lo

nis. Loce repen. ℟ Percussa gla dio ℣.

Men tris iurgineis olei fluit unda sa

lutis. Quam ℟ O mater nostra ℣

Iam xpristo iuncta sponso que trio soci a

ta. Cum prece. Glo ria pa

tri et fili o et spi ri tui sancto.

Lium xre. In ev. Prudens et uigilans. In vig. andree R.

Homo dei. v. Cumque carnifices ducerent eum ut crucifigeretur factus est concursus populorum clamancium et dicen[tium] Innocens.

Invitato[rium] sr vig. Mox ut uocem domini Adorem[us] uictorio.

Dum deambularet domi[nus] R. Venite.

nus v. Erant eum piscatores et au[dientes] il lis. Venite R. Mox ut uocem domini ut. v.

Ad imitus iussionis vocem petrus et
andreas relictis retibus secuti sunt redemp
torem. Pre ma. Homo dei. V Cumque
carnifices ducerent eum ut crucifigeretur
factus est concursus populorum clamantium
et dicentium a. ū. Innocens. R Doctor bonus.
V Salue crux que in corpore christi dedica
ta es et ex membris eius tamquam margari

p. 776

p. 776

tis orna ta. Suscipe. ℟ O bo na crux. ℣.

Salve crux que in corpore xpi dedicata es

et ex membris eius tamquam margari tis or

na ta. Accipe. ℟ Salve crux. ℣ O bo

na crux quam diu desiderata et iam concu

piscenti animo preparata. Susci pe.

℟ Expandi manus meas. ℣ Deus ulti

onum dominus deus ultionum libere egit exal

tare qui iudicas terram redde retribucio nē

su per vts. Qui est amus. Vir is te. v

Pro eo ut me diligerent detrahebant

michi ego autē ora bam. Pro po.

Dilexit audream do minꝰ v Tu es

magister meus xpc quem dilexi qtē cogno

ui quē confessus sum tantummodo in is

ta nocte exau di nie. Et i de o. lucew.

P. 778

Maximilla xpo amabiles. In scdis vs ad mg. fr osg. ā.

Ambulans infectus. Comune scoꝝ. de aplis.

Ecce ego mitto vos. Invit. Venite adorem.

Ecce ego mitto vos. V. Dum R. P. Venite.

In cem habetis credite in luce ut filij

lucis sitis. Estote. R. Tollite iugum.

V. Et invenie tis requiem animabz vest

ris. Iugū. R. Dum steteritis V. Non enim

uos estis qui loquimini sed spiritus patris

uestri qui loquitur in uobis. Dabit.

4 R. Uidi coniunctos uiros. V. Vidi

angelum dei fortem uolantem per medium

celi uoce magna clamantem et dicentem

6 tem. Isti sunt. R. Isti sunt triumphato

res. V. Isti sunt qui uenerunt ex magna

tribulatione et lauerunt stolas suas

in sanguine agni. Modo. R. Isti sunt qui viventes. V. In omnem terram exi

Responsorium Quintum De aplis — Beati estis

Cum vos o- - -de-rint homines, et cum separaverint vos, et exprobraverint et eiecerint nomen vestrum tanqm malum propter fi- - - -lium ho- - -minis Gaudete

regna operati sunt iustici am. Alleluia.

R. Vi tres apostolo V. In omnem terram exivit sonus eo r et in fines orbis

7

3

uos estis qui loquimini sed spiritus patris

uestri qui loqui tur in uo bis. Dabit.

R.

4

6 tem. Isti sunt. R. Isti sunt triumphato

res. V. Isti sunt qui uenerunt ex magna

tribulatio ne et lauerunt stolas suas

in sanguine agni. Modo. R. Isti sunt 7
qui viventes. V. In omnem terram exi
vit sonus eorum et in fines orbis terre
ver ba eo rum. Quorum. R. Isti sunt vi 8
ri sancti. V. Sancti per fidem vicerunt
regna operati sunt iusticiam. Quorum.
R. Vi ri tres apostolo rum. V. In omnem ter
ram exivit sonus eo rum et in fines orbis

terre uer ba e o r. Date pace R

Vixerunt sine querela. V Tradiderunt cor-

pora sua propter deum ad supplicia et ideo co-

ronantur et accipiunt palmam. Calicem.

sr nig. a

In eva. Sancti fortes in bello. De martiribus In ps ad Mag

Istorum est enim celum. Invit. Venite adoremus. p

Absterget deus. V Iusto R Venite.

rum autem anime in manu dei sunt et

non tanget illos tormentum malici

e. Quoniam R. Viri sancti. V. Unius

spiritus et una fides erat in e is.

Et i deo. R. Tradiderunt. V. Isti sunt que

venerunt ex magna tribulatione et lave

runt stolas suas in sanguine agni.

Et me. R. Sancti tui domine. V. Quoniam

percussit petram et fluxerunt aque et torren

tres in unda ve runt. Terra. Verte

ra carnificium. ℣ Tradide runt corpora su

a ad supplici a propter do mi num.

Ut heredes. ℟ Hec est uera frater ni tas.

℣ Ecce quam bonum et quam iocundum ha

bitare fratres in u num. Contempnen. ℟

Propter testamentum. ℣ Ecce quam bo

num. Luia u n. ℟ Certamine magnum. ℣

Fratribus Martyribus

Sacti per fidē uicerūt regna operati

[illegible]

bunt sancti· ℣ Epulentur et exultent in cō

spectu de i et delectentur in leti cia a·

Letabuntur· ℟ In circuitu tuo domi

ne· ℣ Magnus domin⁹ et laudabilis ni

tres in unda ue runt. Terra. R. Vere

Responsorium 6 De Martyribus. Tanquam aurum

Qui Confidunt in illum intelligent ve rita - - tem et fideles in dilectione ac - - - quiescent illi li- Quoniam donum

... fideles. Haec est vera fraternitas ...

V. Ecce quam bonum et quam iocundum ha

bitare fratres in unum. Contempnen. R.

Propter testamentum. V. Ecce quam bo

num. Qua u n. R. Certamine magnum. V.

de M... Martyribus

Sancti per fidem vicerunt regna operati

sunt iusticiam. Et coronas. R. Sancti

me i. V. Venite benedicti patris mei

perci pite reg num. Mercede. R. Exulta

bunt sancti. V. Epulentur et exultent in con

spectu de i et delectentur in leti ci a.

Letabuntur. R. In circuitu tuo domi

ne. V. Magnus dominus et laudabilis ni

8.7

Isti sunt sancti · supra folio 144

mis in ciuitate dei nostri in monte sancto

eius. Ibi requi. R. Fulgebunt ius

ti. V. Iusti autem in perpetuum uiuent.

Et sicut. De uno mre. Iste cognouit ius

ticiam. Inuit. Venite adorem. p. Venite. R.

Iste sanctus. V. Iste est qui contempsit

uitam mundi et peruenit ad celestia reg

na. fundat. R. Iustus germinabit. V.

V. Plantatus in domo domini in atriis domus
dei nostri. Et florebit. R. Desiderium. 5
V. Quoniam prevenisti eum in bene
dictionibus dulcedinis posuisti in capite eius R 3
coronam. Et volun. R. Iste cognovit ius R 4
ticiam. V. Iste est qui contempsit vitam mun
di et pervenit ad celes tia reg na. Et 6
inveniens. R. Sto la iocundita tis. V. In di
Ciba vit

it eum dominus lorica fidei et ar mauit

e uum. Et coro. R. Corona aurea V. R.

Quoniam preuenisti eum in benedictionibus

dulcedinis posuisti in capite e ius coro

8 nam. Expectans. R. Hic est vere martir qui. V.

Iustum deduxit dominus per vias rectas et

ostendit illi regnum dei. Quin in R.

Posuit coro nam. V. In die domine nus

A progenie in progenies

centes me expugna impugnantes me ap

phende arma et scutum. Ad expug.

Gloria et hono re. V. Quoniam p

venisti eum in benedictio nibus dulcedi

nis posuisti in capite e ius co ro nam.

Et consti. Neu. Qui vult venire post me.

De confessoribus.

Iste homo. Inuit. Venite ado. p. Venite R.

Euge serve bo ne. V. Do mine quinque

Sacerdos et pontifex

talenta tradidisti michi ec ce alia quinque

2 super lucra tus sum. Intra. R. Ecce sacer

dos magnus. V. Benedictionem omnium

gencium dedit il li et testamentum suum con

firmavit super caput e ius. Ideo. R.

13 Iuravit dominus V. Dixit dominus domino

meo sede a dextris me is. Secundum. R.

5 Posui adiutorium tem. V. Inveni david ser

uum meū oleo scō meo unxi e um-

Manus. R. Invem david. V. Nichil pro

ficiet inimicus in e o et filius iniquitatis

non no cebit e um. Manus. R. Iste est

qui ante deum. V. Iste est qui cōtempsit

vitā mundi et pervenit ad celes tia reg na

Ipse. R. Iste homo ab ado. V. Ecce homo

sine querela verus dei cultor abstinens se

X 4

h. 6. f Confess. [illegible] Pontific. It. Confess. pont.

ab omni opere malo et permanens in innocen

cia sua a. Dedit. R. Iste homo perficit. V.

Iustum deduxit dominus per vias rectas et os

tendit illi regnum dei di cens. Ingrede. R.

Amavit eum dominus. V. Induit eum do

minus loricam fidei et ornavit eum. Et.

ad por. R. Iustum deduxit domi nus. V. Immor

talis est enim memoria illius quia et apud

deum nota est et apud homines. Et comple.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Et compl. R. Ide km Cxlvii. Sint lumbi vestri. V. Vigilate

ergo quia nescitis qua hora dominus vester

venturus sit. Et vos. Gloria patri et

filio et spiritui sancto. Et vos. De virginibus a.

Veni electa mea. Invit. Venite adoremus. p

Veni sponsa. V. Veni electa R. Venite

2 deest

mea et ponam in te thronũ meum quia con

cupiuit rex spe ciem tu am. Concu. R. Con

cupiuit rex. V. Specie tua et pulchri

tudine tua intende prospere proce de et reg

R. 7 na. Quia ip. R. Hec est uirgo sapi ens. V.

Media autẽ nocte clamor factus est ecce

sponsus uenit exite ob uiam e

R. 5 Et uenientem. R. Dilexisti. V. Specie propter ueri

6 dee.

ta tem et mansuetudinem

tua et pulchritudine tua intende prospere

et iusti tiam

procede et regna. Propterea. Propter R 4

Specie tua et pulchritu-

veritatem. V. Dilexisti iusticiam et odisti

dine tua in tende prospere procede et

iniquitatem propterea unxit te deus deus

regna

tu us. Et dedu. Specie tua a V. Dif R 3

fu sa est gracia in labiis tu is propterea be

nedixit te deus in e ter num. Inten. R

R 1 non fuit Martyr

Ve ni electa mea. V. Spe cie tua et pulchri

tudine tu a intende prospere proce de et

regna. Quia. R̸ Simile est regnum celo

℟ 8 p. Virgine

mor

rum. V̸ Prudentes autem virgines ac ce

perunt oleum in vasis suis cum lampa di

pa des. Ecce. R̸ Regnum mundi. V̸

R. 8 Pro non Virgine

Eructavit cor meum verbum bonum dico

e go o pera mea regi. Quem. Gloria

pa tri et fili o et spiritui sancto. Quem.

Responsorium 6 Fallax gratia De coi Non Virginum

Date ei de fructu manuum sua- - - rum

et laudent eam in portis opera e- - - - ius Mulier

dom⁹ domini sup verticem moncium et ex

altata est super omnes col les. Et in o. R

Fundata est. V Benedic domine domu

istam quam edificaui no mini tu o. Et ue.

R Visita. quesum. V Benedic domi ne

Responsorium 7 - Os suum - De coi Non Virg.

7 Gustavit et vidit quia bona est negotia-

7 a-ti-o e ius non extinguetur in nocte lucerna

7 e - - - ius Et pa nem

R. 8 Pro non Virgine:

perunt oleum in vasis suis cum lampa di

pa des. Ecce

R. Eructavit cor meum verbum bonum dico

ego opera mea regi. Quem. Gloria

patri et filio et spiritui sancto. Quem.

Sup mag. a. In dedicatione templi. O quam metuendus est locus iste

Invit. Templum hoc sanctum. p Venite. R

In dedicatione templi. V. Fundata est

domus domini super verticem moncium et exaltata est super omnes colles. Et mo. R

Fundata est. V. Benedic domine domum istam quam edificavi nomini tuo. Et ve. R

Visita quesumus. V. Benedic domine

domini istam et omnes habitantes in illa.

Et omnes. Gloria patri et filio et spi

ritui sancto. Et om. R. Benedic domine. V.

Qui regis israhel intende qui deducis ve

lut ovem ioseph. Exau. R. Dum exi

ret iacob. V. Vere dominus est in loco isto

et ego nesciebam. Quam t. R. Ter

ribilis. V. Vidit iacob in somniis

sca lam summitas eius celos tangebat et

angelos de i descendentes et ascendentes per

eam a it. V Vere. Gloria pa ter et fili

o et spiri tui sancto. In loco. R Mane

surgens ia cob. V Cumque euigilasset

ia cob de sopno a it. Vere. R Sancti

fica uit V Domus me a domus oratio

nis voca bi tur. Et e rit no. R

Bene dic. ℣. Lon ser va do
mine in ea timen tes te pu sillos
cum ma io ri bus. Per. Glo ri
a patri et fili o et spi ri tui sancto.
Per. ℟. Vidi civita tem. ℣. Et dixit
qui sedebat in throno ecce nova facio om
nia. Et audi vi. In ev. a. Mane surgens
iacob. In sedis v. s. ℟. Visita quesumus. ℣

Benedic domine domum istam et omnes habitantes in illa. Et omnes. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Et omnes.

Sup mag. ā. Zachee festinans descende.

Gloria patri et. Sup primum dominum.

filio et spiritui sancto. Sup secundum domini.

Glo-ria patri et fili-o et spiritu-i sancto.

Glo-ri-a patri et filio et spiritui sancto.

et spiritui sancto. Sup̄ q̄rtū tonū. Gloria

patri et filio et spiritui sancto.

Gloria patri et filio et Sup̄ q̄ntū tonū.

spiritui sancto. Super sextum tonum.

Gloria pa tri et filio et spiritui sancto.

Glo ria patri et fili o Sup̄ septimū tonū.

Glori ... a patri et filio et spiritui sancto.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

In annunciacōe marie Inuitatoriū.

Aue maria gr̄a // Venite

Anton. Posuit moyses

Sup Mḡt. Aue spes nostra dei genitrix.

Ingressus angelus. V Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tu i. A

Sancta mari a. V Aue maria gratia plena dominus tecum. Ora pro p

Posuit moyses. V Scientes hoc signum in beate uirginis marie partu fuisse impletum.

Rubus

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Gaudete. Stirps yes. V. Virgo dei genitrix vir-

ga est flos filius e ius est

Ave sponsa. V. O sancta o cel sa o

benedic ta nra fugã et nobis t uum

filiu tuu iu dicas. Tu theoph. Salve

ma tris. A. Audi tu es so lamen desola

torum spes et ma ter benig na orpha

nos. Succurre. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Succ. Salve flos. V.

Salve regina misericordie spes et salus venie. Salve. V. Pii uniuo. Duo mam. etc. Salve m sa

Veniam petimus sanctorum coetibus nos adiunge virgo pia, sis nobis salus et vita.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

ritui sancto. Sed

.R. O flos uirginitatis.

F. i. vs. De sca doro thea sup mgt. O ... castitate fabricata.

Invit. In dorothee festo ps Venite exult. Le tare.

v. Pre decora facie fulgens et ve nusta. procu ratrix graci e casta mitis iusta. Po R.

pulus v. Illustra tur credulus fitq; nat9 lucis famulator sedulus xpi summi du cis. In cli nare. v. Peruertentes conuertuntur crucem tollunt et sequuntur

xpm pro quo moriuntur. Glo ria

patri et fi lio et spiritui sancto. R

Dum dorothea. V Dum clamant

cuncti confundantur in ydolis qui

glo riantur. respons Sub mense febr.

V Omnes gentes properate. ihesum

cristum ado rate.

O R flos virginita tis.

℣ O benigna pacis cel la dorothe

a flagrans stella pro tius ver nis inter

pel la. Glo ri a pa tri et fi

li o et spiritu i sanc to. ℟ Mulu

cre dimit ℣ Hoc factum est lauda bile

a deo tam mi ra bi le. Dum sub

en se. ℣ Expleta tunc o racione. exau

ditur in agone domini promissi one.

℟. Contristatus est. ℣. Et livore iusti tac

tus caritatis obdit ac tus. Glo ri

a patri et filio et spiritui sancto.

Sr. Inv. O. a. nobilis adletha. In sctis vs sr. migr.

Tu condens veris premissa.

Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro preocupemus faciem eius

in confessione et in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus et

rex magnus super omnes deos quoniam non repellit dominus plebem suam quia in manu

eius sunt omnes fines terre et altitudines montium ipse conspicit. Quoniam

ipsius est mare et ipse fecit illud et aridam fundaverunt manus eius venite adore

mus et procidamus ante deum ploremus coram domino qui fecit nos quia ipse est dominus

Deus ipse nos autem populus eius et oves pascue eius. Hodie si vocem eius
audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundum diem
temptationis in deserto ubi temptaverunt me patres vestri probaverunt et viderunt
opera mea. Quadraginta annis proximus fui generationi huic et dixi semper hii errant
corde ipsi vero non cognoverunt vias meas quibus iuravi in ira mea si introibunt
in requiem meam. Gloria patri et filio et spiritui sancto sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula seculorum amen. Venite exultemus domino. Dominus deus ...

Adoremus dominum. Venite

℟ Surge --- mundi. ℣. Per que tua uulnera sacrosancta libera gregem tuo sanguine redemptum rex glorie. Transito. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Transito. e. ℟. Agnus sine. ℣. Ad deum attendite et illuminamini et facies vestre non confundentur. Flagranti. ℟. Mira providencia. ℣.

Sup magt. a. Gaude celum terra plaude.

Lana munda tingitur sanguine conchilii
Dum flagellis tingitur caro dei filii. Ex
gentes. Rm. Stolas tingunt. V. Ad
xpm accedite mundi corde edite. bi
bite pocula salutis. Ex fontibus. Glo
ria patri et filio et spiritui sancto.
Ex fontibus. Rm. Hedi tincta sang
uine. V. Torcu lar cal cavi solus et de

gentibus non est uir mecum. Pur. &

Tem---plum tabernaculi. In

diximus sub umbra tua uiuemus

in genti--bus. Protegit. & R. Ipse--tus

uulneratus est. v. O ineffabilis

dilectio caritatis ut seruū redimeres fi

lium tradidisti. O insignis. Glo

ria patri et filio et spiritui sancto.

D in signis. lxxii. Vir indutus. v.

Angelus exterminator ubi vidit

cru signatos signo postes consecratos

impunitos deserit. Me- - - ientes. R

O sacratum corpus xpi. v. Ubi

beatorum anime perhenni beatitudine

feliciter iocundantur. Introduc. lxxii.

Vidi re- - - gem. v. Pa- - - uerunt

Invita In honore beate anne

stolas suas et candidas eas fecerunt

in sanguine agni. Regi. Glo ria

patri et filio et spiri tui sancto. Regi.

de usus het. cxxxvi

De sca Anna

R Salve v Odor tuus super cunc

ta preciosa ungenta fauus distil

lans labia tua mel et lac sub ling

ua tua. Salue. Gloria patri

et filio et spiritui sancto sicut erat

An sup mgt

Sal ve de radice yesse orta

in principio. Salue. ℟ Beata

℣ Vira cionibus et elemosinis uacantes legem domini seruantes
Si ne ℟ Castum ℣ Festiuis
temporibus ihe ro solimã sa cri
cia de fe rebant. Steriles ℟ Quo

dam ℣ Propter quod a suis con
tribulibz extra ciuitatem secessit

splendore patris filius. Eterni tatis. Glo

ria patri et filio et spiritui sanc

to. Eterni. R. Sancta V. Qui non

spreuit humiles deus exalto coru

exaudiuit preces. Ut. R. O

beata. V. Ut eius propicia cio e

lectorum nos suorum an numeret con

sortio. Tu. R. Solem. V. Cernere

dnumum lumen gaude te si de

les. Sicut Gloria patri et

filio et spiri tui sancto. De sca

R. Sancta V. Felicem genitri

cem illam que talem genuisti

liam. Per quam R. Salve. V.

Odor tuus super cuncta preciosa un

genta favus distillans labia tua

mel et lac sub lingua tua. Salve

R. Cum esset V. Pulchra sum

et decora filie ihe rusalem.

Incipiunt collecte per
circulum anni tam de
tempore quam de sctīs.
Dominica prima in
aduentu domini ad
vesperas et ad matutinā

Excita dn̄e collecta.
quesumus poten
ciam tuam et veni:
ut ab imminentibus
peccatorum nostrorum pericu
lis te mereamur pro
tegente eripi te liberā
te saluari. Qui cum
deo patre et spiritu
sancto viuis et regnā.

Dominica secunda col
Excita domi lecta.
ne corda nostra
ad preparandas uni
geniti tui vias: ut per
eius aduentum puri
ficatis tibi mentibus
seruire mereamur.
Qui tecum viuit et r.

Dominica tercia collā.
Aurem tuam q̄s
domine precibus
nostris accommoda:
et mentis nr̄e tenebras
gracia tue visitationis
illustra. Qui cum dō.

Feria quarta collecta.
Presta quesumus
omnipotens deus ut re
demptionis nr̄e ven
tura sollempnitas: et
presentis nobis vite
subsidia conferat et
eterne beatitudinis p

Gloria patri et filio et spiritui sancto

mia largiatur. Per.

Feria sexta collecta.

Excita quesumus domine potentiam tuam et veni: ut hii qui in tua pietate confidunt ab omni adversitate citius liberentur. Qui cum deo patre. **Sabbato.**

Deus qui conspicis quia ex nostra pravitate affligimur: concede propicius: ut ex tua visitatione consolemur. Qui cum deo patre. **Alia oratio.**

Concede quesumus omnipotens deus ut qui sub peccati iugo ex vetusta servitute deprimimur: expectata unigeniti filii tui nova nativitate liberemur. Per eundem. **Item oratio.**

Indignos nos quesumus domine famulos tuos quos actionis proprie culpa contristat: unigeniti tui adventu letifica. Per eundem. **Alia oratio.**

Presta quesumus omnipotens deus ut filii tui ventura sollempnitas et presentis vite remedia nobis conferat: et premia eterna concedat. Per eundem. **Item alia.**

Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi: ut qui iust

te pro peccatis nostris affligimur· pietatis tue visitatione conso lemur· Qui cum deo p·

Deus qui Item· tribus pueris mi tigasti flammas ig nium· concede propici us: ut nos famulos tuos non exurat flam ma viciorum· P dominum·

Dominica quarta· oratio

Excita domine po tenciam tuam et veni· et magna nobis virtute succurre: ut p auxilium gracie tue quod nostra peccata impediunt· indulgencia tue propiciationis acce

leret· Qui cum deo p·

Oratio de adventu domini·

Conscienctias nostras quesumus domi ne visitando purifica: ut veniens filius tuus dominus noster ihesus christus cum omnibus sanctis tuis paratam sibi in nobis inveniat man sionem· Qui te vi· et r·

In vigilia nativitatis·

Deus qui nos re demptionis nostre annua expectatione letificas: presta quesumus: ut unigenitum tuum quem redemptorem le ti suscepimus venien tem quoque iudicem se

Miss[a] 7

Aue maria gratia plena dominus tecum. Oremus

Deus qui de beate marie virginis
vtero verbum tuum Angelo annun,,
ciante carnem suscipere voluisti presta
supplicibus tuis. vt qui vere eam
dei genitricem credimus eius apud te
intercessionibus adiuuemur. Per dominum nostrum iesum

curri uideamus. Dominum nrm. In primo galli cantu oro.

Deus qui hanc sacratissimam noctem ueri luminis fecisti illustratione clarescere. da qs: ut cuius lucis mysterium in terra cognouimus. eius quoque gaudijs in celo perfruamur. per eundem.

In primo mane. oro.

Da qs omps ds ut qui noua incarnati uerbi tui luce perfundimur: hoc in nro resplendeat opere quod per fidem fulget in mente. Per eundem. De sca anastasia. collecta.

Da qs omps ds ut qui beate anastasie martiris tue sollempnia colimus: eius apud te patrocinia senciamus. p dnm. De sca maria. oro.

Deus qui per beate marie uirginis partum sine humana concupiscencia procreatum in filij tui membra uenientes paternis fecisti preiudicijs non teneri: presta qs ut huius creature nouitate sus

cepta uetustatis antique contagiis exuamur. Per eundem.

In die natiuitatis oro.

Concede q̄s om̄p d̄s: ut nos unigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo uetusta seruitus tenet. Per eundem.

De sc̄o stepho protho.

Da nobis q̄s domine imitari quod colimus: ut discamus et inimicos diligere quia eius natalicia celebramus qui nouit etiam pro persecutoribus exorare. Dn̄m nr̄m. Item oro.

Omp̄s sempiterne deus qui primicias martirum in b̄ti leuite stephani sanguine dedicasti: tribue q̄s: ut pro nobis intercessor existat qui pro suis etiam persecutoribus exorauit. Dominum nr̄m. De sc̄o iohanne ewangelista.

Ecclesiam tuam dn̄e benignus illustra: ut b̄ti iohannis ewangeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. Per dominum. Alia oratio.

Deus qui per os
beati apostoli tui Io-
hannis verbi tui no-
bis archana reueras-
ti: presta quesumus ut
quod ille nostris auribus
excellenter infudit in-
telligencie compe-
tentis erudicione ca-
piamus. Per. In festo
sanctorum innocentium.

Deus cuius hodi-
erna die precon-
ium innocentes mar-
tires non loquendo
sed moriendo confes-
si sunt: omnia in no-
bis viciorum mala
mortifica: ut fidem
tuam quam lingua
nostra loquitur etiam
moribus uita fateatur.
Per dominum. Item alia oratio.

Deus qui licet sis
magnus in mag-
nis mirabilia tamen
gloriosius operaris in
minimis: da nobis
quesumus in eorum celebritate
gaudere qui filio tuo
domino nostro testimo-
nium prebuerunt
non loquentes. Per.
Dominica infra octavam nativitatis.

Omnipotens sempiter-
ne deus dirige
actus nostros in benepla-
cito tuo: ut in nomi-
ne dilecti filii tui me-
reamur bonis operi-

post partum virgo inviolata permansisti

bus habundare. Per eundem.

De sancta maria in octava.

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti tribue quesumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus per quam meruimus auctorem vite suscipere. Dominum nostrum.

In circumcisione domini.

Deus qui nobis nati salvatoris diem celebrare concedis octavum fac nos quesumus eius perpetua divinitate muniri: cuius sumus carnali commertio reparati. Qui tecum.

In vigilia epyphanie.

Corda nostra quesumus domine venture festivitatis splendor illustret: quo mundi huius tenebris carere valeamus et perveniamus ad patriam claritatis eterne. Per.

In die sancto epyphanie.

Deus qui hodierna die unigenitum tuum gentibus stella duce revelasti: concede propicius: ut qui iam te ex fide cognovimus usque ad contemplandam

speciem tue celsitu
dinis perducamur. Per.
Deus illu- **Alia.**
minator om
nium gencium da
populis tuis perpetua
pace gaudere. et illud
lumen splendidum
infunde cordibus nostris.
quod trium magorum
mentibus aspirasti.
Per. **Dominica infra
octauam epyphanie.**
Vota quesumus
domine suppli
cantis populi celesti pi
etate prosequere. ut
et que agenda sunt
uideant. et ad implen
da que uiderint con
ualescant. Per. **In octa
ua epyphanie oratio.**
Deus cuius uni
genitus in sub
stancia nostre carnis
apparuit. presta quesumus: ut
per eum quem simi
lem nobis foris ag
novimus intus refor
mari mereamur. Qui
tecum. **Dominica secunda. oratio.**
Omnipotens sempiterne
deus qui celestia
simul et terrena mo
deraris supplicationes
populi tui clementer ex
audi. et pacem tuam
nostris concede tem
poribus. Per dominum.
Dominica tercia. oratio.

Dirigatur domine ad te
oracio mea

Omnipotens sempiterne
deus infirmita
tem nostram propicius
respice: atque ad prote
gendum nos dexteram
tue maiestatis exten
de. P. Dominica. iiii. oratio.

Deus qui nos in
tantis periculis
constitutos pro hu
mana scis fragilita
te non posse subsiste
re da nobis salutem
mentis et corporis:
ut ea que pro pecca
tis nostris patimur te
adiuvante vincamus. P.

Dominica quinta. or.

Familiam tuam
quesumus domine conti
nua pietate custodi:
ut que in sola spe gratie
celestis innititur tua
semper protectione
muniatur. Per dominum.

In septuagesima. oratio.

Preces populi tui
quesumus domine clemen
ter exaudi: ut qui iuste
pro peccatis nostris
affligimur pro tui
nominis gloria mise
ricorditer liberemur. P.

In sexagesima oratio.

Deus qui conspicis
quia ex nulla
nostra actione confidimus:
concede propicius ut
contra omnia adver
sa doctoris gentium

protectione muniamur. Per. *In quinquagesima.*

Preces nostras *quesumus* domine clementer exaudi: atque a peccatorum vinculis absolutos ab omni nos adversitate custodi. Per. *In capite ieiunii.*

Omnipotens sempiterne deus qui misereris omnium et nihil odisti eorum que fecisti: dissimulans peccata hominum propter penitentiam: crea in nobis corda nova ut lamentantes peccata nostra: et nostram miseriam agnoscentes, perfectam remissionem et veniam consequamur. Per.

Omnipotens sempiterne deus qui ninivitis in cinere et cilicio penitentibus indulgentie remedia prestitisti concede propicius: ut sic eos imitemur habitu quatinus venie prosequamur obtentu. Per. *Alia oratio.*

Concede nobis domine presidia milicie christiane sanctis inchoare ieiuniis ut contra spirituales nequicias pugnaturi continentie salutaris muniamur auxiliis. Per. *Ad missam.*

Presta domine supplicibus tuis ut ieiuniorum veneranda sollempnia et congrua pietate suscipiant et secura devotione percurrant. Per. *Super populum.*

Inclinantes se domine maiestati tue propiciatus intende: ut qui divino munere sunt refecti celestibus semper nutriantur auxiliis. Per.

Feria quinta. oratio.

Deus qui culpa offenderis penitencia placaris preces populi tui supplicantis propicius respice: et flagella tue iracundie que pro peccatis nostris meremur averte. Per.

Parce Super populum. Domine parce populo tuo: ut dignis flagellationibus castigatus in tua miseratione respiret. Per dominum.

Inchoata ie- Feria vi. -iunia quesumus domine benigno favore prosequere: ut observanciam quam corporaliter exhibemus mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per.

Tuere Super populum. domine populum tuum et ab omnibus peccatis clementer emunda: quia et nulla nocebit adversitas si nulla dominetur iniquitas. Per. Sabbato.

Adesto domine supplicationibus nostris et concede: ut hoc sollempne ieiunium quod animis corporibusque curandis salubriter institutum est devoto servitio celebremus. Per.

Da populo Super populum. quesumus omnipotens deus et

eterne promissionis gaudia querere: et quesita citius invenire. p. In quadragesima

Deus qui ecclesiam tuam annua quadragesimali observatione purificas: presta familie tue: ut quod a te obtinere abstinendo nititur hoc bonis operibus exequatur. per.

Converte feria ii. nos deus salutaris noster: et ut nobis ieiunium quadragesimale proficiat: mentes nostras celestibus instrue disciplinis. per do.

Absolve quesumus super populum domine nostrorum vincula peccatorum: et quicquid pro eis meremur propiciatus averte. per.

feria tertia. collecta.

Respice domine familiam tuam: et presta ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat: que se carnis maceratione castigat. p.

Ascendant super populum ad te domine preces nostre: et ab ecclesia tua cunctam repelle nequiciam. p. feria iiii.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: et contra

cuncta nobis aduersā
cia dexteram tue ma
iestatis extende. Per.
Deuotione. Alia.
ipsis tui domine
qs benignus intende:
ut qui per abstinenciā
macerantur in corpo
re p fructum boni ope
ris reficiantur in me
te. Per dn. Super ps.
Mentes nr̄as qs
domine lumine
tue claritatis illustra:
ut uidere possimus que
agenda sunt. et que
recta sunt agere uale
amus. P. feria quinta.
Deuotionem ipsi
tui qs domine be

nignus intende: ut qui
per abstinenciam
macerantur in corp
per fructum boni o
peris reficiantur in
mente. P. Sup pplm.
Da quesumus do
mine pplis xp̄ia
nis et que profitentur
agnoscere: et celeste
munus diligere qd
frequentant. Per.
feria sexta collecta.
Esto domine pro
picius plebi tue
et quam tibi facis ēē
deuotam: benigno re
foue miseratus auxi
lio. Per. Sup pplm.
Exaudi nos miseri

tus deus: et mentibus nr̄is grē tue lumen ostende. p. Sabbato.

Populum tuum domine q̄s propicius respice: atque ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per. Item orō.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis: ut ea que pro peccatis nr̄is patimur te adiuuante uincamus. p. Alia.

D[eu]s qui tribus pueris mitigasti flammas ignium. concede propicius: ut nos famulos tuos non exurat flāma uiciorum. p. Super.

Fideles tuos plm. domine benedictio desiderata cōfirmet: que eos et a tua uoluntate numquam faciat discrepare: et tuis semper indulgeat beneficiis gratulari. p. Dn̄ica secūda in Xl.

Deus qui conspicis omni nos uirtute destitui: interius exteriusque custodi: ut ab omnibus aduersitatibus muniamur in

corpore et a prauis co
gitationibus mundemur
in mente. P. feria .ii.
Presta quesumus
omnipotens deus ut fa
milia tua que se affli
gendo carne ab alimen
tis abstinet: sectando
iusticiam a culpa ie
iunet. P. Sup populum.
Adesto supplicatio
nibus nostris omnipotens
deus: et quibus fiduciam
sperande pietatis indul
ges: consuete misericordie
tribue benignus effec
tum. P. feria tercia.
Perfice quesumus
domine benignus
in nobis obseruanci
e sancte subsidium: ut
que te auctore facien
da cognouimus te
operante impleamus.
Per dominum. Sup populum.
Propiciare domine
supplicationibus
nostris et animarum nos
trarum medere langu
oribus: ut remissione
percepta in tua sem
per benedictione lete
mur. Per. feria .iiii.
Populum oratio.
tuum domine
propicius respice: et
quos ab escis carnali
bus precipis abstine
re a noxiis quoque ui
ciis cessare concede. P.

Deus Sup ppl'm.
innocencie resti
tutor et amator diri
ge ad te tuorum corda
seruorum ut spiritus
tui feruore concepto
et in fide inueniantur
stabiles et opere effi
caces. P. fer. quinta.
Presta nobis do
mine auxilium
gracie tue ut ieiuniis
et oracionibus conue
nienter intenti libe
remur ab hostibus
mentis et corporis. P.
Adesto Sup ppl'm.
domine famulis
tuis et perpetua benig
nitate largire pacem
poscentibus ut hijs qui
te auctorem et guber
natorem gloriantur
habere et congregata
restaures et restaura
ta conserues. Per.
Da quesumus feria sexta.
omnipotens deus ut
sacro purificante ie
iunio sinceris mentibus
ad sancta uentura fa
cias peruenire. Per.
Da quesumus Sup ppl'm.
domine populo
tuo salutem mentis
et corporis ut bonis o
peribus inherendo tue
semper uirtutis me
reatur protectione de
fendi. P. Sabbato.

Da q̄s domine nos
tris ieiunijs ef
fectum salutarem· ut
castigatio carnis as
sumpta ad nr̄aꝝ ue
getatione͞m transeat a
nimaꝝ· p· Sup pplm·
Familiam tuam
q̄s domine co͞tinu
a pietate custodi· ut
que in sola spe gr̄e ce
lestis innititur· celes
ti etiam protectione
muniatur· p dn̄m·
Dominica tercia· or̄o·
Quesumus omp̄c
deus uota humi
lium respice atq͡z ad de
fensionem nr̄am dex
teram tue maiestatis
extende· p· feria sc̄da·
Cordibus nr̄is q̄s dn̄e
spm̄ sc̄m benignus
infunde· ut sicut ab es
cis corporalibus abstine
mus· ita sensus quoq͡z
nr̄os a noxijs retraha
mus excessibus· Per·
Subue Sup pplm·
niat nobis dn̄e
misericordia tua ut ab i
minentibus peccatorum
nr̄oꝝ periculis te mere
amur protegente eri
pi te liberante saluari·
Per· feria tercia or̄o·
Exaudi nos omp̄s
et misericors deus·
et continencie saluta
ris propicius nobis do

na concede. p. Sup obl.

Tua nos domine protectione defende et ab omni semper iniquitate custodi. p.

Presta feria. iiij. or.

Presta nobis qs domine ut salutaribus ieiuniis eruditi a noxiis quoque viciis abstinentes propiciationem tuam facilius impetremus. per.

Concede Sup pplm.

Concede qs omps deus ut qui protectionis tue gram querimus liberati a malis omnibus secura tibi mente serviamus. p. feria. v.

fer v

Da [illegible] qs dne rex clne auctor ut sacris nos purificante ieiunijs sinceris quoque mentibus ad sca ventura facias pervenire. per d.

Magnificet te domine scorum tuorum cosme et damiani beata sollempnitas qua et illis gloriam sempiternam et opem nobis ineffabili providencia contulisti. p.

Subiectum Sup pplm.

Subiectum tibi populum qs domine propiciatio celestis amplificet et tuis semper faciat servire mandatis. p dnm. feria sexta. or.

Ieiunia nra qs domine benigno favore prosequere ut sicut ab alimentis in corpore ita a viciis ieiunemus in

+ abstinem[us]

mente. p. Sup popl'm.

Presta q̄s omnipotens deus ut qui in tua protectione confidimus cuncta nobis aduersancia te adiuuante vincamus. p.

Presta q̄s Sabbato omnipotens deus: ut qui se affligendo carne ab alimentis abstinent sectando iusticiam a culpa ieiunent. p. Sup popl'm.

Pretende domine fidelibus tuis dexteram celestis auxilij: ut et te toto corde perquirant et que digne postulant consequi mereantur. p dominum.

Dominica quarta.

Concede quesumus omnipotens deus: ut qui ex merito nostre actionis affligimur: tue gratie consolatione respiremus. p. feria

Presta q̄s omnipotens secunda. deus ut obseruationes sacras annua deuotione recolentes: et corpore tibi placeamus et mente. per.

Depreca Sup popl'm. tionem nostram q̄s domine benignus exaudi: et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defensio

nis auxilium. Per.

Sacre nobis feria .iii.
quesumus do
mine observationis
ieiunia et pie conver
sationis augmentum:
et tue propiciationis
continuum prestent
auxilium. Per. Super

Miserere do populum.
mine populo
tuo: et continuis tri
bulationibus laboran
tem propicius respi
rare concede. Per. feria

Deus qui quarta.
et iustis premia
meritorum et peccatoribus
per ieiunium veniam
prebes. miserere suppli
cibus tuis: ut reatus
nostri confessio indulgen
tiam valeat percipere
delictorum. Per. Alia oratio.

Presta quesumus omnipo
tens deus ut quos ie
iunia votiva casti
gant: ipsa quoque de
votio sancta letificet.
ut terrenis affectibus
mitigatis facilius ce
lestia capiamus. Per.

Pateant Super
aures mi populum.
sericordie tue precibus
supplicantium: et ut
petentibus desiderata con
cedas fac eos que ti
bi sunt placita pos
tulare. Per. feria .v.

Presta qs omnipotens deus
ut quos uotiua
ieiunia castigant: ip
sa quoqz deuocio sancta
letificet: ut terrenis
affectibus mitigatis
facilius celestia capi
amus. Per. Super populum.

Populi tui deus in
stitutor et rector:
peccata quibus impug
natur expelle. ut semp
tibi placitus et tuo
munimine sit securus.
Per. Feria sexta oratio.

Deus qui ineffa
bilibus mundum
renouas sacramentis.
presta qs: ut ecclesia tua
eternis proficiat insti
tutis. et temporalibus
non destituatur auxi
lijs. Per. Super populum.

Da qs omnipotens deus:
ut qui infirmi
tatis nostre conscij de tua
uirtute confidimus:
sub tua semper pietate
gaudeamus. Per dominum.

Fiat do Sabbato.
mine qs per gra
ciam tuam fructuosus
nostre deuotionis af
fectus: quia tunc no
bis proderunt suscep
ta ieiunia. si tue sunt
placita pietati. Per.

Deus qui Super
sperantibus populum.
in te misereri potius

eligis quam irasci: da nobis digne flere mala que fecimus ut tue consolationis gratiam invenire valeamus. Per dnm.

Dnica in passione do

Quesumus *omni* omnipotens deus familiam tuam propicius respice: ut te largiente regatur in corpore. et te servante custodiatur in mente. Per. *Feria secunda.*

Sanctifica qs domine nostra ieiunia: et cunctarum nobis propicius indulgentiam largire culparum. P. *Sup pplm.*

Da qs domine populo tuo salutem mentis et corporis: ut bonis operibus inherendo. tua semper mereatur protectione defendi. P. *Feria tercia. Oro*

Nostra tibi qs domine sint accepta ieiunia: que nos et expiando gre tue dignos efficiant: et ad remedia pducant eterna. P. *Sup pplm.*

Da nobis domine qs perseverantem in tua voluntate famulatum: ut in diebus nostris et merito et nu

mero ipsis tibi servi
ens augeatur. Per.
feria quarta oratio.
Sanctificato hoc
ieiunio deus tuorum
corda fidelium mise
rator illustra: et qui
bus devotionis prestas
affectum. prebe sup
plicantibus benignus
auxilium. P. sup popl.
Adesto supplicatio
nibus nostris omnipotens
deus: et quibus fiducia
am sperande pietatis
indulges. consuete
misericordie tue tri
bue benignus effectum. P.
Presta quesumus feria. v.
omnipotens deus:

ut dignitas conditio
nis humane per im
moderanciam sauci
ata medicinalis parsi
monie studio refor
metur. P. sup popl.
Esto quesumus
domine propicius
plebi tue ut que tibi
non placent respuentes:
tuorum pocius repleantur
delectationibus mandatorum. P. feria sexta oratio.
Cordibus nostris domine
spiritum sanctum benignus
infunde: ut peccata nos
tra castigatione vo
luntaria cohibentes.
temporaliter pocius
maceremur quam sup

pliciis deputemur eternis. p sup populum.

Concede quesumus omnipotens deus: ut qui protectionis tue gratiam querimus: liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per.

Proficit Sabbato.

Pat quesumus domine plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: ut sacris actionibus erudita quanto maiestati tue fit gracior: tanto donis potioribus augeatur. p sup

Tueatur populum quesumus domine dextera tua populum tuum deprecantem: et purificatum dignanter erudiat: ut consolatione presenti ad futura bona proficiat. p. Dnica in palmis.

Omnipotens sempiterne deus. qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum saluatorem nostrum carnem sumere et crucem subire fecisti: concede propicius: ut et paciencie ipsius habere documenta et resurrectionis consorcia mereamur. Per eundem.

Da qs omps feria
deus ut scda oro.
qui in tot aduersis
ex nostra infirmitate
deficimus: intercedem
te pro nobis unigeni
ti filij tui passione re
spiremus. p eundem.
Adiuua Sup ppl'm
nos deus saluta
ris nr: et ad benefici
a recolenda quibus
nos instaurare dig
natus es tribue veni
re gaudentes. p feria
Omps tercia oro
sempiterne deus
da nobis ita domini
ce passionis sacram
ta peragere: ut indul
genciam percipe me
reamur. p. Sup ppl'm.
Tua nos misericor
dia deus et ab
omni subrepcione
uetustatis expurget:
et capaces sce nouita
tis efficiat. p feria iiij.
Pra qs omps oro.
deus ut qui nris
excessibus incessanter
affligimur: per uni
geniti tui passionem
liberemur. p Alia oro.
Deus qui pro no
bis filium tuum
crucis patibulum subi
re voluisti ut inimi
ci a nobis expelleres
potestatem. concede no

bis famulis tuis ut
resurrectionis grãm
consequamur. Per
eundem. Sup pplm.
Respice quesumus
domine sup hanc
familiam tuam. pro
qua dñs nr ihc xpc
non dubitavit mani
bꝰ tradi nocentium.
et crucis subire tormẽ
tum. P. In cena dñi.
Deus a quo et iu
das reatus sui
penam et confessionis
sue latro premium
sumpsit. concede nobis
tue propiciationis ef
fectum. ut sicut i pas
sione sua ihc xpc dñs
nr diversa utrisqz in
tulit stipendia meri
tor. ita nobis ablato
vetustatis errore re
surrectionis sue graci
am largiatur. Qui
tecum. In vig pasche.
Deus qui mirabi
liter creasti homi
nem et mirabilius re
demisti. da nobis qs
contra oblectamenta
peccati mentis ratione
psistere. ut mereamur
ad gaudia eterna per
venire. Per. Alia õro.
Deus qui hanc sa
cratissimã noc
tem gloria dñice resur
rectionis illustras. cõ

feria in nouã famuli e tue progeniem adop tionis spiritum q̄ dedisti. ut corpore et mē te renouati. puram tibi exhibeant seruitu tem. In die pasche. or. Deus qui hodier na die per uni genitum tuum eter nitatis nobis aditum deuicta morte reseras ti. uota nr̄a que pre ueniendo aspiras. eci am adiuuando pro sequere. p eundem. Ad fontem. oratio. Concede quesumus omnip̄ deus ut qui resurrectionis dn̄ice sollempnia colimus innouatione tui sp̄s a morte anime resur gamus. p. Ad fontē Presta q̄s oratio. omnip̄ deus. ut qui resurrectionis do minice sollempnia co limus. ereptionis nr̄e suscipere leticiã mere amur. per. Item. Pr̄a q̄s omnip̄ ds. ut qui graciam dominice resurrectio nis agnouimus. ipi per amorem sp̄s a mor te anime resurgam9. Deus qui feria. ii. sollempni oratio. tate paschali mundo

In Resurrectione tua Christe Alleluia

remedia contulisti. populum tuum quesumus celesti dono prosequere: ut et perfectam libertatem consequi mereatur. et ad vitam proficiat sempiternam. Per.

Concede quesumus Alia omnipotens deus. ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur: a cunctis malis imminentibus per hec paschalia festa liberemur. Per. feria iij. oratio

Deus qui ecclesiam tuam novo semper fetu multiplicas. concede famulis tuis. ut sacramentum vivendo teneant: quod fide perceperunt. Per.

Deus feria. iiij. qui nos resurrectionis dominice annua sollempnitate letificas. concede propicius: ut per temporalia festa que agimus. pervenire ad gaudia eterna mereamur. Per.

Deus feria. v. oratio qui diversitatem gentium in confessione tui nominis adunasti. da ut renatis fonte baptisma

... Sanctum
... Gaudete iusti in Domino ...

Praesta quaesumus omnipotens Deus, ut in resurrectione Domini nostri Jesu Christi cum omnibus Sanctis tuis percipiamus ...

tis una sit fides men
cium· et pietas actio
num· P· Feria sexta·
Familiam tuam
q̄s domine· dexte
ra tua perpetuo cir
cumdet auxilio· ut
paschali interueni
ente sollempnitate
ab omni prauitate
defensa· donis ce
lestibus prosequatur·
Alia·
Omnipotens sempiterne d̄s qui
paschale sacramen
tum in reconciliati
onis humane fede
re contulisti· da men
tibus nostris· ut quod
professione celebra
mus· imitemur effec
tu· P· Sabbato· or̄·
Concede q̄s omnipotens
deus· ut qui fes
ta paschalia uene
rando egimus· per
hec contingere ad
gaudia eterna me
reamur· Per· Dominica prima post pascha·
Presta quesumus
omnipotens d̄s ut qui
paschalia festa per
egimus· hec te largi
ente moribus et uita
teneamus· Per do·
Dominica secunda·
Deus qui in filij
tui humilitate
iacentem mundum

crevisti fidelibus tuis perpetuam concede leticiam: ut quos perpetue mortis eripuisti casibus gaudiis facias sempiternis perfrui. Per eundem.

Dominica tercia. Oratio.

Deus qui errantibus ut in viam possint redire iusticie veritatis tue lumen ostendis: da cunctis qui christiana professione censentur et illa respuere que huic inimica sunt nomini: et ea que sunt apta sectari.

Dominica quarta. Oratio.

Deus qui fidelium mentes unius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod precipis, id desiderare quod promittis: ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda: ubi vera sunt gaudia. Per.

Dominica quinta.

Deus a quo bona cuncta procedunt: largire supplicibus tuis: ut cogitemus te inspirante que recta sunt: et te gubernante eadem faciamus. Per dominum.

In letania maiori oro·

Mentem familie tue q̃s domine ut intercedente beata maria· et munere cõpunctionis aperi· et largitate pietatis exaudi· P·

Alia oratio·

Presta q̃s omĩpc deus· ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus· contra adũsa omnia tua semp protectione muniamur· Per dominum·

In uig̃ ascensionis·

Adesto domine sup̃plicationibus nr̃is· ut sicut humani generis saluatorẽ consedere tecũ in tua maiestate confidim⁹· ita usq; ad consummationem seculi manere nobiscum quẽad modum est pollicit⁹ sentiamus· Per do·

Alia

Presta q̃s omĩpc deus ut illuc nr̃e mentis intẽdat intentio quo sollempnitatis hodiernae gloriosus auctor ingressus est semp intendat· et quo fide pergit conuersatione perueniat· p eũdẽ·

In die sancto· oratio·

Concede q̃s omĩpc deus· ut qui hodi

erna die unigenitū
tuum redemptorem
nr̄m ad celos ascē
disse credimus: ipi
quoqꝫ mente in ce
lestibꝫ habitemus.
Per eundem. Dn̄ica
infra octām ascens:

Omnīps sempiter
ne deus. fac nos
tibi semper et deuo
tam gerere volun
tatem. et maiestati
tue sincero corde ser
uire. Per. In vigilia
penthecostes. oratio.

Deus qui nos ī
abrahe famu
li tui opere huma
no generi obedien
tie exempla prebu
isti. concede nobis et
nr̄e voluntatis pra
uitatem frangere.
et tuorum preceptorū
rectitudinem in om
nibꝫ adimplere. P.

Deus qui alia
nobis per pro
phetarum ora precepis
ti temporalia relinq
re atqꝫ ad eterna fes
tinare. da famulis
tuis ut que a te ius
sa cognouimus: im
plere celesti inspira
tione valeamus. P.

Deus qui alia
nos ad celebrā
dam festiuitatem

utriusque testamenti
paginis instruis · da
nobis intelligere mi
sericordiam tuam ·
ut perceptione presen
cium munerum firma
sit expectacio futu
rorum · Per d. *Alia* ·

Deus incommu
tabilis virtus ·
et lumen eternum ·
respice ad tocius ec
clesie mirabile sacra
mentum · et da fa
mulis tuis · ut hoc
quod devote agimus
eciam rectitudine vite
teneamus · P. *Alia* ·

Concede quesumus omnipotens
deus ut qui sol
lempnitatem doni spiritus
sancti colimus · celes
tibus desiderijs accensi
fontem vite sitiamus ·

Omnipotens sem *Alia* ·
piterne deus
qui paschale sacramen
tum quinquaginta
dierum voluisti miste
rio contineri · presta ut
gencium facta disper
sio divisione lingua
rum ad unam con
fessionem tui nominis
celesti munere congre
getur · P. *Alia oracio* ·

Presta quesumus omnipotens deus ·
ut claritatis tue
super nos splendor
effulgeat · et lux tue

lucis corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt sancti spiritus illustratione confirmet. Per. In unitate eiusdem. In die sancto

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per. In unitate eiusdem.

Feria secunda. Oratio.

Deus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum: concede plebi tue pie petitionis effectum: ut quibus dedisti fidem largiaris et pacem. Per. In unitate eiusdem.

Feria tercia. Oratio.

Assit nobis quesumus domine virtus spiritus sancti. que et corda nostra clementer expurget: et ab omnibus tueatur adversis. Per. In unitate eiusdem.

Feria quarta. Oratio.

Mentes nostras quesumus domine paraclitus qui a te procedit illuminet: et inducat in omnem sicut tuus promisit filius veritatem. Per.

eundem in unitate eiusdem. feria quinta. oracio.

Da quesumus ecclesie tue misericors deus: ut spiritu sancto congregata hostili nullatenus incursione turbetur. Per. in unitate eiusdem.

feria sexta. oratio.

Illo nos igne quesumus domine spiritus sanctus inflammet: quem dominus noster ihesus christus misit in terram: et voluit vehementer incendi. Per eundem. in unitate eiusdem. s. s.

Mentibus Sabbato. nostris quesumus domine spiritum sanctum benignus infunde: cuius et sapiencia conditi sumus: et prouidencia gubernamur. Per. in unitate eiusdem. s. s. Dominica prima post penthecosten.

Deus in te sperancium fortitudo: adesto propicius inuocationibus nostris: et quia sine te nichil potest mortalis infirmitas: presta auxilium gracie tue: ut in exequendis mandatis tuis et voluntate tibi et actione placeamus. Per.

Sancti Dominica. ii. nominis tui domine timorem pari

ter et amorē fac nos
habere perpetuum.
quia nūquā tua gu
bernatione destituis.
quos in soliditate
tue dilectionis insti
tuis. P. Dñica. iij. or.

Protector in te
sperancium deus.
sine quo nichil est va
lidum. nichil sancti.
multiplica sup nos
misericordiam tuam. ut
te rectore. te duce sic
transeamus p bona
temporalia. ut non
amittamus eterna.
Per. Dñica iiij. oro.

Da nobis domi
ne qs. ut et mun
di cursus pacifice no
bis tuo ordine diri
gatur. et ecclesia tua
tranquilla deuotione
letetur. Per dñm.

Dominica quinta. or.

Deus qui diligenti
bus te bona inui
sibilia pparasti. infun
de cordibus nostris tui a
moris affectum. ut
te in omnibus et super
omnia diligentes. p
missiones tuas que
omne desiderium su
perant consequamur.
Per. Dñica sexta oro.

Deus uirtutum
cuius est totum
quod est optimum.

insere pectoribus nostris
amorem tui nominis
et presta in nobis re
ligionis augmentum
ut que sunt bona nu
trias ac pietatis stu
dio que sunt nutri
ta custodias. Per.

Dominica septima.

Deus cuius provi
dencia in sui dis
positione non fallitur
te supplices exoramus
ut noxia cuncta sub
moueas et omnia no
bis profutura conce
das. P. Dominica octaua

Largire nobis quesumus
domine semper
spiritum cogitandi que
recta sunt propicius
et agendi: ut qui si
ne te esse non possu
mus. secundum te uiuere
ualeamus. Per dominum.

Dominica nona. oratio.

Pateant aures
misericordie tue
precibus supplicancium.
et ut petentibus deside
rata concedas. fac ti
bi eos [illegible] placita pos
tulare. Per dominum.

Dominica decima oratio.

Deus qui omnipo
tenciam tuam
parcendo maxime et
miserando manifes
tas. multiplica super
nos graciam tuam: ut

ad tua promissa curren
tes celestium bonorum
facias esse consortes.
p. Dominica undecima.

Omnipotens sempiterne
deus qui habun
dancia pietatis tue
merita supplicum
excedis et vota. effun
de super nos miseri
cordiam tuam. ut
dimittas que conscien
cia metuit. et adi
cias quod oratio non
presumit. per do.

Dominica duodecima.

Omnipotens et misericors
deus de cuius mu
nere venit ut tibi a
fidelibus tuis digne
et laudabiliter ser
viatur. tribue quesumus
nobis ut ad promis
siones tuas sine offen
sione curramus. p.

Dominica tercio decima.

Omnipotens sempiter
ne deus. da no
bis fidei spei et cari
tatis augmentum:
et ut mereamur asse
qui quod promittis.
fac nos amare quod
precipis. per dominum.

Feria quarta oratio.

Misericordie tue
remediis quesumus do
mine fragilitas nostra
subsistat. ut que sua
condicione atteritur.

tua clemencia repa
retur. Per. Alia.
Presta qs domine
familie supplican
ti ut dum a cibis cor
poralibus se abstinet:
a vicijs mente ieiu
net. p. Feria sexta. Oro.
Presta quesumus
omps deus ut ob
servationes sacras
annua devotione re
colentes. et corpore ti
bi placeamus et men
te. Per. Sabbato.
Omps sempiterne
deus qui per con
tinenciam salutarem
et corporibus medeÿs et
mentibus maiestatem

tuam supplices exora
mus. ut pia ieiunan
cium deprecatione pla
catus. et presencia no
bis subsidia prebeas
et futura. Per. Alia.
Da nobis qs omps
deus. ut ieiunan
do tua gratia satiemur.
et abstinendo cunctis
efficiamur hostibus
fortiores. Per. Alia.
Tuere qs domine
familiam tuam.
ut salutis eterne re
media que te aspiran
te requirimus. te lar
giente consequamur. p.
Pra qs do Alia.
mine sic ab nos

ab epulis abstinere
carnalibus: ut a viciis
irruentibus pariter
ieiunemus. Per.

Ut nos domine
tribuis sollempne
tibi deferre ieiuni
um: sic nobis quesumus in
dulgencie prestra subsi
dium. Per.

Concede quesumus omnipotens
deus: ut oculis
tue i. Dominica xiiij. oratio.

Custodi domine quesumus
ecclesiam tuam
propiciatione perpetua.
et quia sine te labi
tur humana morta
litas: tuis semper auxi
liis et abstrahatur
a noxiis: et ad salu
taria dirigatur. Per.

Dominica xv. oratio.

Ecclesiam tuam
domine miseratio
continuata mundet
et muniat: et quia sine
te non potest salua
consistere: tuo semper
munere gubernetur.
Per. Dominica xvi. oratio.

Tua nos domine
quesumus gracia semper
preueniat et sequa
tur: ac bonis operibus
iugiter prestet esse in
tentos. Per dominum.

Dominica decima septima.

Da quesumus domine
populo tuo dy

abolica uitare conta
gia. et te solum dm̄
pura mente sectari.
Per. Dñica xviij. oro.

Dirigat corda
nr̃a domine qs
tue miserationis ope
ratio: quia tibi sine
te placere non possu
mus. Per dominū.

Dominica. xix. oro.

Omnipr̄ et miseri
cors deus. uni
uersa nobis aduer
sancia propiciatus
exclude. ut mente et
corpore pariter expe
diti. que tua sunt
liberis mentibus exe
quamur. p dnm̄.

Dominica. xx. oratio.

Largire quesumus
domine fidelibus
tuis indulgentiam
placatus et pacē. ut
pariter ab omnibus
mundentur offensis.
et secura tibi mente
deseruiant. Per dn̄.

Dominica. xxi. oro.

Familiam tuam
qs domine conti
nua pietate custodi.
ut a cunctis aduersi
tatibus te protegente
sit libera: et in bonis
actibus tuo nomini
sit deuota. p. Dñica

Ds refu xxij. oro.
gium nr̃m et

uirtus · adesto pijs
ecclesie tue precibus
auctor ipse pietatis ·
et presta: ut quod fi
deliter petimus · effi
caciter consequamur ·
p · Dnica · xxv · oro ·
Excita domine qs
tuorum fidelium
uoluntates · ut diui
ni operis fructum p
pensius exequentes ·
pietatis tue remedia
maiora percipiant · p ·
Finito de tempore · In
cipit collectarium de
scis · In festo sci siluest
Da qs omps   ... pp ·
deus · ut beati sil
uestri confessoris tui

atque pontificis uene
randa sollempnitas
et deuotionem nobis
augeat et salutem · p ·
Felicis confessoris · oro ·
Concede qs omps
ds · ut ad meliorem
uitam sanctorum tuorum
exempla nos prouo
cent: quatinus quorum
sollempnia agimus ·
etiam actus imitemur ·
p · Marcelli pp et mr ·
Preces populi tui
qs domine clemen
ter exaudi · ut beati
marcelli mris tui
atque pontificis me
ritis adiuuemur · cu
ius passione letamur ·

...me catharies coll' ... CCxvm

P. Prisce virg. et mr.

Da qs omps ds. ut qui bte prisce mris tue natalicia colimus. et annua sollempnitate letemur et tante fidei proficiamus exemplo. Per.

Fabiani et sebastiani.

Infirmitatem nram respice omps ds. et quos pondus proprie actionis grauat. bti fabiani mris tui atque pontificis. intercessio gloriosa nos protegat. Per. Alia.

Deus qui beatum sebastianū martirem tuum uirtute constancie in passione roborasti. ex eius nobis imitacione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere. et nulla eius aduersa formidare. Per.

Agnetis virg. et mris.

Omps sempiterne deus qui infirma mundi eligis ut forcia queque confundas. concede propicius. ut qui bte agnetis virginis sollempnia colimus. eius apud te patrocinia senciamus. P.

Vincencii mris. oro.

Adesto dne supplicationibus nris. ut

Anthonii coll' in CCxxiii

qui ex iniquitate nr̄a
reos nos esse cognosci
mus· bt̄i uincencij
mr̄is tui intercessione
liberemur· Per d.
In cōu'sione sc̄i pauli·
Deus qui uniuer
sum mundum
in bt̄i pauli apl̄i pre
dicatione docuisti· da
nobis q̄s· ut qui eius
conuersionē colimus·
per eius ad te exem
pla gradiamur· P.
Eodē die preiecti mr̄.
Martyris tui preiecti
nos domine
q̄s interuentio glori
osa commendet· ut
quod nr̄is actibus
non meremur· eius
precibus consequamur·
P· In oct̄a agnetis· or̄o.
Deus qui nos an
nua bt̄e agnetis
uirginis tue sollemp
nitate letificas· da q̄s
ut quam ueneramur
officio· etiam pie con
uersationis sequamur
exemplo· P· In purifi
catione sc̄e marie· or̄o.
Erudi q̄s domine
plebem tuam· et
que extrinsecus ānu
a tribuis deuotione
uenerari· interius as
sequi gratie tue luce
concede· Per dn̄m
nostrum· Alia or̄o.

Emerenciane et macharii
Thimothei apl̄i
policarpi mr̄is
Johis crisostomi

CCxxii

CCxxix

Perfice in nobis dn̄e q̄s grām
tuam qui iusti Symeonis
expectacionem implesti ut sicut
ille mortem non vidit prius
quam xp̄m dn̄m videre mere
retur ita et nos vitam obtinea
mus eternam

Omnipotens sempiterne
deus maiestatem
tuam supplices exora
mus. ut sicut unige
nitus filius tuus ho
dierna die cum nostre
carnis substancia in
templo est presentatus.
ita nos facias purifi
catis tibi mentibus
presentari. Per eundem.

Blasii martiris. oracio.

Deus tuorum uirtus
et honor sanctorum.
da ecclesie tue sancti
martiris tui atque pontifi
cis blasii sollempniis
deuote gloriari. ut
quem magnificum
ueneramur miraculis

interuentorum sentiant
frequentibus beneficio
rum impendiis. Per.

Agathe virginis et martiris.

Deus qui inter ce
tera potencie tue
miracula etiam in
sexu fragili victoriam
martyrii contulisti.
concede propicius. ut
cuius natalicia coli
mus. per eius ad te
exempla gradiamur. Per.

Scolastice virginis.

Deus qui vite vir
ginis tue scolas
tice animam ad osten
dendam innocencie
viam in columbe spe
cie celum penetrare fe

valerii epi.
Aldegundis v.
Brigide v. CCxxiii

Dorothee v. CCxxiiii
Appollonie v. CCxxviii

risti: concede nobis
ipsius meritis inno
center uiuere. ut ad
eadem mereamur
gaudia peruenire. Per.
Valentini martiris. Oratio.
Presta quesumus omnipotens deus.
ut qui beati va
lentini martiris nata
licia colimus. a cunc
tis malis imminenti
bus eius intercessione
liberemur. Per dominum.
Juliane virginis et martiris.
Omnipotens sempiterne
deus qui infir
ma mundi eligis ut
fortia queque confun
das. da nobis in fes
tiuitate sancte martiris tue
iuliane congrua de
uotione gaudere. ut
et potentiam tuam in
eius passione laude
mus. et prouisum no
bis percipiamus auxili
um. Per dominum. In ka
thedra sancti petri. Oratio.
Deus qui beato petro
apostolo tuo collatis
clauibus regni celestis
animas ligandi atque
soluendi pontificium
tradidisti: concede ut
intercessionis eius
auxilio. a peccatorum nostrorum
nexibus liberemur. Per.
Mathie apostoli. Oratio.
Deus qui beatum
mathiam apos

tolorum tuorum collegio sociasti. tribue quesumus. ut eius interventione tue circa nos pietatis semper uiscera sentiamus. Per do.

Gregorij pape. oratio.

Deus qui anime famuli tui gregorij eterne beatitudinis premia contulisti. concede propicius ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur. eius apud te precibus subleuemur. Per dominum.

Cuthberti confessoris.

Omnipotens sempiterne deus qui in meritis sancti guthberti sacerdotis semper es et ubique mirabilis. qs clemenciam tuam. ut sicut ei eminentem gloriam contulisti. sic ad consequendam misericordiam tuam eius facias precibus adiuuari. Per.

Benedicti abbatis. oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui hodierna die carnis eductum de ergastulo beatum confessorem tuum benedictum subleuasti ad celum. concede qs. hec festa tuis famulis celebrantibus cunctorum ueniam delictorum. ut qui exultantibus ani

mis eius claritati con
gaudent · ipsi apud te
interueniente conso
cientur et meritis · Per.

In annunciatione sancte marie ·

(margin: ...m tuã / ...xix)

Deus qui de beate
marie uirginis
utero uerbum tuum
angelo annunciante
carnem suscipere uo
luisti · presta supplicibus
tuis · ut qui uere eam
dei genitricem credi
mus · eius apud te in
tercessionibus adiuue
mur · Per eundem ·

Eufemie uirg. et martiris ·

Concede quesumus omnipotens
deus sancte martiris
eufemie · et exultare

meritis · et beneficia
referre suffragiis · Per.

Felicitatis et perpetue ·

Da nobis domine
deus noster · sanctarum
martirum tuarum palmas
incessabili deuotione
uenerari · ut quas dig
na mente non possu
mus celebrare · humi
libus saltem frequente
mus obsequiis · Per.

Tyburcii et ualeriani ·

Presta quesumus omnipotens deus
ut qui sanctorum tuorum
tyburcii et ualeriani
natalicia colimus ·
eorum etiam uirtu
tes imitemur · Per.

Georgii martiris · oratio ·

Ambrosii CCxxiii

Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam suppliciter exoramus ut beati Quirini martiris tui meritis adiuti et tue felicitatis gaudia adipisci mereamur per dominum nostrum

Deus qui nos beati georgii martiris tui meritis et intercessione letificas concede propicius ut qui eius beneficia poscimus dono tue gratie consequamur. Per dominum.

Vitalis martiris oratio.

Presta quesumus omnipotens deus ut intercedente beato vitale martire tuo et a cunctis adversitatibus liberemur in corpore et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum.

Marci ewangeliste.

Deus qui beatum marcum ewangelistam tuum ewangelice predicationis gratia sublimasti tribue quesumus eius nos semper et eruditione proficere et oratione defendi. Per.

Philippi et iacobi oratio.

Deus qui nos annua apostolorum tuorum philippi et iacobi sollempnitate letificas presta quesumus ut quorum gaudemus meritis instruamur exemplis. Per.

Sancte domine walburgis oratio.

Omnipotens sempiterne deus castorum corporum et mencium conservator et custos propiciare ecclesie tue precibus adesse

dignare et intercedē
te beata walburga
uirgine tua mentī
bus nr̄is pius illabere
et spiritalis uite no
bis tribue puritatē.
P. Alexandri euenci
et theodoli oratio.
Presta q̄s omīp̄s d̄s
ut qui sanctorum
tuorum alexandri euen
cii et theodoli natali
cia colimus eorum inter
cessionibus liberemur.
Per do. Eodem die
inuentio sc̄e crucis.
Deus qui in preclara
ra salutifere cru
cis inuentione hodi
erna die passionis tue

miracula suscitasti
concede ut uitalis lig
ni precio eterne uite
suffragia consequamur.
Qui cum deo Johannis
ante portam latinā.
Deus qui conspicis
quia nos undique
mala nr̄a perturbant.
presta q̄s ut bt̄i iohannis
apl̄i tui intercessio
gloriosa nos protegat.
P. Nerei achillei et
pancracii oratio.
Semper nos dn̄e
martirum tuorum
nerei achillei atque pa
cracii foueat q̄s beata
sollempnitas et tuo
nos dignos reddat

Tra̅slacōis elyzab
Tuorum corda CCvi
Illuīator corporis CCxviii

obsequio. Per do.
Marie ad mris. oro.
Concede qs ompc deus ad eor nos gaudia eterna pertingere. de quor nos uirtute tribuis annua sollepnitate gaudere.
P eode die sci seruacij.
Deus qui pplo tuo sctm dedisti seruacium predicatore. concede qs. ut tanti pontificis intercessione. et tue pietatis defensione. ab omnibus liberemur aduersis. et tranquilla prosperitate in tua laude letemur. P.
Vrbani pp et mris.
Da qs ompc deus. ut qui bti urbani mris tui atqz pontificis sollempnia colimus. eius apud te intercessionibz adiuuemur. Per dnm.
Nicomedis mris. oro.
Deus qui nos bti nicomedis martiris tui meritis et intercessione letificas. concede propicius. ut eius beneficia poscimus dona tue gre consequamur. Per dnm.
Marcellini et petri. oro.
Deus qui nos annua btor marcellini et petri mrm

Cesarie virginis
Gordiani + epimachi CCXXIIII
In translacoe wigberti

tuor[um] sollempnitate letificas. p[rese]nta q[uaesumu]s: ut quor[um] gaudemus meritis prouocemur exemplis. Per d[omi]n[u]m.

Bonifacij m[a]r[ty]ris. Or[ati]o.

Deus qui multitudinem gencium b[ea]ti bonifacij m[a]r[ty]ris tui atq[ue] pontificis sociorumq[ue] eius instancia ad agnic[i]o[n]e[m] s[an]c[t]i nominis tui uocare dignatus es. concede propicius: ut quor[um] sollempnia colimus. eciam patrocinia senciamus. P[er].

P[ri]mi et feliciani.

Fac nos domine q[uaesumu]s s[an]c[t]or[um] tuor[um] primi et feliciani semper festa sectari. quor[um] suffragijs protectionis tue dona senciamus. Per.

Basilidis et cirini.

Sanctor[um] basilidis. cirini. naboris et nazarij q[uaesumu]s domine natalicia nobis uotiua resplendeant. et q[uo]d illis contulit excellencia sempiterna. fructibus n[ost]re deuotionis accrescat. P[er].

Viti m[a]r[ty]ris.

Da eccl[es]ie tue d[omi]ne q[uaesumu]s s[an]c[t]o uito intercedente superbe non sapere. s[ed] tibi placita humilitate proficere. ut proterua despiciens

quecumque natura sit libera exerceat caritate.

p. Modesti et cres. eadem die.

Omnipotens sempiterne deus qui gloriosos martires modestum et crescenciam pro inmaculate fidei constancia et agone martirii coronasti. da quesumus propicius ac placatus: ut qui eorum passionis sollempnia colimus. a cunctis mundi perturbacionibus liberati. celestis eciam vite premia consequamur. Per.

Aurei et iustine. oro.

Concede quesumus domine populo tuo veniam

peccatorum et religionis augmentum. atque ut tua dona multiplices sanctorum martirum tuorum aurei et iustine patrocinia fac adesse et largire presidia. Per. Marci et marcelliani. oro.

Presta quesumus omnipotens deus. ut qui sanctorum tuorum marci et marcelliani martirum natalicia colimus: a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. p. Decem mil. martirum.

Deus qui ad imitandum sancte passionis tue exemplum sanctorum decem milia martirum ex

ferrulei et ferrucei CCxxv
Barnabe apostoli

A

molatum cum socijs
suis crucem subire
fecisti. concede propi
cius: ut qui eorum pas
sionem ueneramur.
passionis tue reme
dia consequamur. Per
Geruasij et prothasij.
Deus qui nos an
nua sanctorum tuorum
geruasij et prothasij
sollempnitate letifi
cas. concede propicius:
ut quorum gaudemus
meritis accendamur
exemplis. Per dominum.
Albani martiris oratio.
Presta quesumus omnipotens deus.
ut qui beati alba
ni martiris tui gloriosa

ffuit ho missa a dco.

merita ueneramur.
eius apud te meritis
et precibus semper mu
niamur. Per dominum.
In uigilia sancti iohannis baptiste.
Presta quesumus omnipotens deus.
ut familia tua
per uiam salutis in
cedat: et beati iohannis
precursoris hortamen
ta sectando. ad eum quem
predixit secura perue
niat. Dominum nostrum.
Concede quesumus Item oratio.
omnipotens deus ut qui
beati iohannis baptiste
sollempnia colimus.
eius apud te interces
sione liberemur. Per
dominum. Alia oratio.

Deus qui presentem diem honorabilem nobis in beati iohannis natiuitate fecisti. da populis tuis spiritualium graciam gaudiorum. et omnium fidelium mentes dirige in uiam salutis eterne. Per dnm.

In secundis uesperis.

Deus qui nos beati iohannis baptiste concedis natalicio perfrui. eius nos tribue meritis adiuuari. Per do. Alia

Omnipotens sempiterne deus da cordibus nostris illam tuarum rectitudine semitarum. quam beatus iohannes baptista in deserto uox clamantis edocuit. Per.

Deus qui conspicis quia nos undique mala nostra contristant. per precursorem gaudii corda nostra letifica. Per dnm.

Iohannis et pauli. Oro.

Omnipotens deus ut nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat. que de beatorum iohannis et pauli glorificatione procedit: quos eadem fides et passio uere fecit esse germanos. Per do.

Leonis pape. oratio.

Deus qui beatum leonem pontificem. sanctorum tuorum meritis coequasti. concede propicius: ut qui commemorationis eius festa percolimus. vite quoque imitemur exempla. Per.

In vig. petri et pauli. oratio.

Presta quesumus omnipotens deus. ut nullis nos permittas perturbationibus concuti. quos in apostolice confessionis petra solidasti. Per.

Alia oratio.

Deus qui ecclesiam tuam apostoli tui petri fide et nomine consecrasti. quique beatum illi paulum ad predicandum gentibus gloriam tuam sociare dignatus es. concede ut omnes qui ad apostolorum tuorum sollempnia convenerint: spiritali remuneratione ditentur. Per.

In die sanctorum.

Deus qui hodiernam diem apostolorum tuorum petri et pauli martirio consecrasti. da ecclesie tue eorum in omnibus sequi preceptum. per quos religionis sumpsit exordium. Per.

In commemoratione pauli.

Deus qui multitudinem gentium beati pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis quesumus: ut cuius natalicia colimus. eius apud te patrocinia senciamus. Per.

Processi et martiniani.

Deus qui nos sanctorum tuorum processi et martiniani confessionibus gloriosis circumdas et protegis. da nobis et eorum imitatione proficere: et intercessione gaudere. P.

In translatione sancti thome.

Omnipotens sempiterne deus qui nos pro dignos non esse perpendis ad maiestatem tuam sicut dignum est exorandam. da sanctum thomam apostolum tuum pro nostris supplicare peccatis. ut quem digne possis audire. Per dominum.

De sancto martino.

Deus qui populo tuo eterne salutis beatum martinum ministrum concessisti. presta quesumus: ut quem doctorem uite habuimus in terris. intercessorem semper habere mereamur in celis. Per.

Eodem die othelrici. Oratio.

O mnipotens misericors et mitissime pater et clemen
tissime deus eterne qui
nos annua recursio
ne sci othelrici deposi
tionis gloriosi con
fessoris tui letificas
eius suffragantibus
meritis concede pro
picius: ut ab imminen
tibus periculis libere
mur et eternis gau
diis perfrui mereamur.
P. In octa. aplorum. oro.

D eus cuius dextera beatum petrum
ambulantem in flucti
bus ne mergeretur
erexit et coapostolum eius
paulum tercio nau
fragantem de profun
do pelagi liberauit
exaudi nos propicius
et concede ut amborum
meritis eternitatis
gloriam consequamur. Per

In diuisione apostolorum

D eus qui apostolorum tuorum hodierna
die tua preordinasti
prouidencia ut in una
fidei gratia gencium pas
sim dispersa congre
gatur ecclesia: da no
bis per supplicationem
ipsorum nostrorum promereri
ueniam peccatorum:
per quorum predicatio
nem ad tui nominis
peruenimus agnitionem Per

Willibaldi cõfess CCxxv
Kyliani et sociorum eius.
Deus qui sanctorum martirum tuorum kyliani et sociorum eius mentibus constanciam in passione aspirasti concede propicius: ut sicut illi de uicto persecutore coronari a te meruerunt: ita nos eorum interuentione tua semper protectione defendi et ad eterna beatitudinis gaudia peruenire mereamur. Per dominum.
Septem fratrum. orõ.
Presta quesumus omnipotens deus ut qui gloriosos martires ianuarium. felicem. philippum. sylanum. alexandrum. uitalem. marcialem. fortes in sua confessione cognouimus. pios apud te in nostra intercessione senciamus. Per dominum.
In translatione sancti benedicti. orõ.
Intercessio nos quesumus domine beati benedicti abbatis commendet: ut quod nostris meritis non ualemus. eius patrocinio assequamur. Per.
Margarete virg. oracio.
Deus qui beatam margaretam uirginem hodierna die ad celos per martirii

e B̄ti Hen· Imperatoris Confess.

Deus qui beatum Henricum post terrenum imperium insignitum ethereis sedibus collocasti, tribue quesumus: Ut quem signis miraculorum clarere cernimus eundem intercessorem in angustijs sentiamus; Per Dominum.

[illegible]tutione Henrici

[illegible]ij Expositi [illegible] clarensib.

palmam uenire fecis
ti· concede nobis q̄s·
ut eius exempla se
quentes· ad te ueni
re mereamur· P. do
mini · Arnulfi conf.

ccxxv

Nota

Exaudi dn̄e preces
nr̄as· et interce
dente b̄to arnulfo cō
fessore tuo atq; ponti
fice· supplicationes
nr̄as placatus inte
nde· P. Praxedis uirg.

Deus qui inter
cetera potencie
tue miracula· eciam
in sexu fragili uicto
riam castitatis et
martirij contulisti·
da q̄s· ut scē uirgi
nis mr̄is sc̄e praxedis
adiuuemur meritis·
cuius b̄titudinis ir
radiamur exemplis·
P. Marie magdalene·

Beate marie mag
dalene q̄s domi
ne suffragijs adiuue
mur· cuius precibus
exoratus quatriduana
num eius fratrē ui
uum ab inferis re
suscitasti· Qui uiuis et r.

Deus Alia
qui per os
b̄te marie magdale
ne dominice resurrec
tionis gaudium pri
mum sanctis ap̄lis
proloquendo innotes

In conuersione aplorum coll' 1ª ccxxv

cere ut ipsa in secundo
adam fieret ianua
vite que in primo
propinauerat poculum
mortis· tribue qs· ut
eius precibus infirmi
tas nostra roboretur in
terris· deteminus profec
tibus angeli gratulan
tur in celis· Per c.
Apollinaris epi et mris·
Deus qui saluta
rem nobis hodi
erna die beati apollina
ris sacerdotis et mris
tui passione dedisti
leticiam· presta qs ut et
conuersationis eius
experiamur insignia·
et intercessione tibi
placita iugiter glori
emur· Per dnm· Coll
die libory confessoris·
Omnipotens sempiterne
deus qui ecclesiam
tuam in confessione
sancti nominis tui
solidasti· presta qs: ut
que sancti libory con
fessoris tui atque pon
tificis annua recolit
sollempnia· eius a
pud te valeat implo
rare suffragia· Per·
In vig. iacobi apli·
Concede qs omnipotens
deus venturam
beati apli tui iacobi
sollempnitatem con
grua preuenire ho

nocte et uenientem
digna celebrare de
uotione. Per d.
Eodem die xpine. oro.
Crescat domine
semper in nobis
sancte iocunditatis ef
fectus. et beate xpine
martiris tue ueneranda
festiuitas augeatur.
Per. In die iacobi
Esto domine pro
picius plebi tue
sanctificator et custos.
ut apostoli tui iacobi
munita presidijs. et
conuersatione tibi
mente placeat et secura de
seruiat. Per dominum.
Eodem die xpofori.

Uotiuos nos do
mine quesumus beati
martiris tui xpofori na
talis semper excipiat
qui et iocunditatem
nobis sue glorificati
onis infundat. et ti
bi nos reddat accep
tos. P. Item eodem die.
Deus qui nos per
ineffabilem mi
sericordiam tuam
annua sponse filij +
tui gloriose xpine sol
lempnitate letificas.
concede propicius: ut
cuius laudes uenera
mur. etiam pie deuo
tionis irradiamur
exemplis. P. eundem.

Pantaleonis mir·
Adesto dñe suppli
cationibus nr̄is·
ut qui ex iniquitate
nr̄a reos nos esse cog
noscimus· bt̄i panta
leonis martiris tui
intercessione liberem·
P· felicis pape· oro·
Infirmitatem nr̄am
respice omp̄s ds̄· et
quia pondus ppe
actionis grauat· bt̄i
felicis intercessio glo
sa nos protegat· P·
eodē die simplicij et
beatricis· oratio·
Pr̄a qs̄ domine
ut sicut populus
xpianus mr̄m tuor

simplicij· faustini· et
beatricis· temporali
sollempnitate con
gaudet· ita perfruatur
eterna· et quod uotis
celebrat comprehen
dat effectu· Per do·
Item eodem die lupi·
Beatus sacerdos et
confessor tuus
lupus qs̄ domine sua
nos intercessione leti
ficet· et pie faciat sua
sollempnitate gaude
re· P· Abdon et sennen·
Deus qui scīs tuis
abdon et sennen
ad hanc gl'am ueni
endi copiosum munus
gr̄e contulisti· da fa

Anne
Marthe

nullus tuis sanctorum ue
niam peccatorum: ut
sanctorum tuorum in
tercedentibus meritis.
ab omnibus mereamur
adversitatibus libera
ri. P. Ad uincula petri.

Deus qui beatum
petrum apostolum
a uinculis absolutum
illesum abire fecisti.
nostrorum quesumus absolue uin
cula peccatorum. et omnia
mala a nobis propicia
tus exclude. Per do.
Loce die septem fratrum.

Fraterna nos do
mine martirum
tuorum corona letificet.
que et fidei nostre prebe

at incitamenta uirtu
tum. et multiplici nos
suffragio consoletur.
Per dominum. Stepha
ni pape et martiris. oratio.

Deus qui nos beati
stephani martiris
tui atque pontificis an
nua sollempnitate le
tificas: concede propi
cius. ut cuius natali
cia colimus. de eiusdem
etiam protectione gau
deamus. Per. Inuencione sancti stephani. oratio.

Deus qui es sancto
rum tuorum splendor
mirabilis quique ho
dierna die martirum
tuorum stephani nicho

demi. gamalielis. et abybon. inuenti p[ro] dne gloriosam reuelasti. da nobis in eterna leticia de eorum societate gaudere. P. **Iustini.**

Beati iustini domine confessoris annua festa recolentes quesumus. ut que tuarum nobis sunt instrumenta presencium. fiant eternarum patrocinia graciarum. P.

Osuualdi regis. oratio.

Adesto domine plebi tue propicius. et annue sollempnitatis diem beati osuualdi regis et martiris uenerantibus. ut qui consciencie nostre reatu deprimimur. eius adiuti patrocinio subleuemur. Per.

Sixti pape et martiris.

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus. concede propicius. ut intercessione beati sixti martiris tui atque pontificis. contra omnia aduersa muniamur. P. **Eodem die felicissimi et agapiti. oratio.**

Deus qui nos concedis sanctorum martirum tuorum felicissimi et agapiti natalicia colere: da nobis in eterna leticia de eorum societate

Transfiguratio Dni fol. 226

gaudere. P. Donati epi.

Deus tuorum gloria sacerdotum. presta quesumus: ut sancti confessoris tui donati cuius festa gerimus. sentiamus auxilium. Per dominum. Afre mar. Oro

Deus qui ut humanum genus ad confessionem tui nominis prouocares. etiam in sexu fragili uictoriam martyrii contulisti. presta quesumus: ut ecclesia tua hoc exemplo commonita. nec pati pro te metuat et celestis premii gloriam concupiscat. Per do.

Cyriaci et sociorum eius.

Deus qui nos annua sanctorum tuorum cyriaci. largi. smaragdi. crescentiani. sollempnitate letificas. concede propicius: ut quorum natalicia colimus. uirtutem quoque passionis imitemur. P. In uig. laurencij.

Adesto domine supplicationibus nostris. et intercessione beati laurencij martiris tui. perpetuam nobis misericordiam benignus impertire. P. Eodem die

Concede romani. quesumus omnipotens deus. ut

qui b̄ti romani mar
tiris tui sollempnia
colimus: cuius gau
demus natalicijs in
struamur exemplis. Per.
In primo mane. Oratio.
Excita domine in
ecclesia tua spiritum
cui beatus laurencius
leuita seruiuit: ut eo
dem nos replente stu
deamus amare quod
amauit. et opere exer
cere quod docuit. Per.
Da nobis Alia.
quesumus omnipotens deus: uicio
rum nostrorum flammas
extinguere. qui beato
laurencio martiri tuo tribuisti
tormentorum suorum in
cendia superare. Per.
Tyburcij martiris. Oratio.
Beati tyburcij nos
domine foueant
continuata presidia.
quia non desinis pro
picius intueri. quos
talibus auxilijs conces
seris adiuuari. Per.
Ypoliti et sociorum eius.
Da nobis omnipotens
deus. ut beati ypo
liti martiris tui uenera
nda sollempnitas. et
deuotionem nobis
augeat et salutem. Per.
Eodem die wiberti.
Omnipotens sempiterne
deus qui es sanctorum
tuorum splendor mira

vilis· quique hodier
na die beatum wi
bertum confessorem
tuum beatitudinis
eterne gloria subli
masti· concede propi
cius: ut cuius meri
ta ueneramur in ter
ris· intercessionis et
auxilio apud tuam
misericordiam muniamur
in celis· Per dominum.

Eusebii confessoris·

Deus qui nos be
ati eusebii con
fessoris tui annua
sollempnitate letifi
cas· concede propicius
ut cuius natalicia
colimus· per eius ad

te exempla gradiamur.
Per dominum· Collecta die vigilie
assumptionis beate marie·

Deus qui virgina
lem aulam beate
marie in qua habi
tares eligere dignatus
es· da quesumus ut sua nos
defensione munitos
iocundos faciat sue
interesse festivitati·
Qui vivis· In die sancto oratio·

Veneranda nobis
domine huius diei
festivitas· in qua sancta
dei genitrix mortem
subiit temporalem·
nec tamen mortis
nexibus deprimi potu
it· que filium tuum

+ [illegible] conservat salus

dnm dnm nrm de se genuit incarnatum. cuius intercessione qs ut mortem euadere possimus animarum. Per eundem. alia oro.

Famulorum tuorum qs dne delictis ignosce. ut qui placere tibi de actibus nris no valemus. genitricis filii tui domini dei nri intercessione salvemur. Per eundem.

In octa sci laurencii.

Beati laurencii martiris tui nos faciat dne passio veneranda letantes. et ut eam sufficienter recolamus. efficiat promptiores. P. Agapiti mr.

Letetur ecclesia deus beati agapiti martiris tui confisa suffragiis. atque eius precibus gloriosis. et devota permaneat et secura consistat. P.

Magni mris. oratio.

Adesto dne supplicationibus nris. et intercedente beato magno mre tuo. ab hostium nos defende propiciatus incursu. P.

Tymothei mris oro.

Auxilium tuum nobis dne qs placatus impende. et

intercedente beato ty
motheo martire tuo dex
teram super nos tue
protectionis extende. P

Eodem die simphori.

Sancti simphoriani
martiris domine me
rita nos preciosa tue
antur. in quibus tue
maiestatis opera predi
cantes. et presens capi
amus adiutorium
et futurum. Per.

Bartholomei apostoli.

Omnipotens sempiterne
deus qui huius
diei venerandam
sanctamque leticiam in
beati bartholomei fes
tivitate tribuisti. da
ecclesie tue quesumus. et ama
re quod credidit. et pre
dicare quod docuit. Per
dominum.

Genesii martiris.

Beati genesii martiris
tui nos faciat do
mine passio veneran
da letantes. et ut eam
sufficienter recolamus.
dignos efficiat. Per
dominum.

Rufi martiris oratio.

Adesto domine supplica
tionibus nostris. et be
ati rufi intercessioni
bus confidentes. nec mi
nis adversancium nec
ullo conturbemur incur
su. Per

Hermetis martiris.

Deus qui beatum
hermetem mar

trem tuum uirtute
constancie in passione
roborasti. ex eius nobis
imitatione tribue pro
amore tuo prospera
mundi despicere. et nulla
eius aduersa formida
re. P. Eodem die augustini.

Adesto supplicationibus
nostris omnipotens deus.
et quibus fiduciam spe
rande pietatis indul
ges. intercedente beato
augustino confessore
tuo atque pontifice. con
suete misericordie tribue
benignus effectum. P.

In decollatione beati iohannis.

Sancti iohannis
baptiste et martiris
nu dñe qs ueneranda
festiuitas. salutaris
auxilij nobis prestet
effectum. Per dominum.

Eodem die sabine.

Exaudi nos deus
salutaris noster.
ut sicut de beate sabine
festiuitate gaudemus.
ita pie deuotionis e
rudiamur effectu. P.

Felicis et adaucti. oro.

Maiestatem tuam
dñe supplices de
precamur. ut sicut
nos iugiter sanctorum tuo
rum felicis et adaucti
commemoratione letifi
cas. ita semper supplica
tione defendas. Per.

Paulini epi. oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris quas in sancti paulini confessoris tui atque pontificis commemoratione deferimus. ut qui nostre iusticie fiduciam non habemus. eius qui tibi placuit meritis adiuvemur. Per.

Prisci martiris. oratio.

Omnipotens sempiterne deus fortitudo certancium et martirum palma. sollempnitatem hodierne diei propicius intuere. et ecclesiam tuam continua fac celebritate letari. et intercessione beati martiris prisci omnium in te credencium vota perficias. Per.

Eodem die sixti et sinnicij.

Beatorum confessorum pariterque pontificum. sixti et sinnicij nos quesumus domine foveat beata sollempnitas. et tuo dignos reddat obsequio. Per do.

Eodem die egydij. oratio.

Deus qui beatum egidium confessorem tuum. coram principibus magnificis extulisti miraculis. tribue quesumus: ut eius patrocinio et annis

expiemur occultis et
apertum contingamus
salutis. Per. In nati
uitate beate marie.
Adiuuet nos quesumus do
mine sancte marie
intercessio ueneranda
cuius ~~ma~~ etiam die
quo felix eius est in
choata natiuitas ce
lebramus. P. Alia oratio
Supplicationem
seruorum tuorum deus
miserator exaudi.
ut qui in natiuitate
dei genitricis et uirgi
nis congregamur. eius
intercessionibus a te de
instantibus periculis
eruamur. Per c.

Eodem die adriani martyris
Presta quesumus omnipotens deus
ut qui beati adria
ni martyris tui natalicia
colimus. a cunctis
malis imminentibus
eius intercessionibus
liberemur. Per dominum.
Gorgonii martyris oratio.
Sanctus gorgonius
domine sua nos
intercessione letificet.
et pia faciat sollemp
nitate gaudere. P.
Prothi et iacincti. oratio.
Beatorum prothi et
iacincti nos do
mine foueat precio
sa confessio. et pia iu
giter intercessio tue

Famulis tuis quesumus domine celestis muneris impertire gratiam
ut quibus beate marie uirginis partus extitit salutis
exordium natiuitatis eius uotiua sollempnitas
pacis tribuat incrementum. P.

atur. Per. In exal-
tatione scē crucis. Or.

Deus qui unige
niti tui domi
ni nr̄i ihū xp̄i preci
oso sanguine huma
num genus redime
re dignatus es. con
cede propicius: ut
qui adorandam be
nificam eius cru
cem adueniunt a
pctōꝝ suoꝝ nexibus
liberentur. Per eundē.

Coll. die cornelij et cy.

Infirmitatem nr̄am
qs domine propicius
respice. et mala om
nia que iuste mere
mur sctōꝝ tuoꝝ cor
nelij et cypriani int
cessione auerte. Per.

Nicomedis mr̄is. Oro.

Adesto dn̄e populo
tuo. ut bt̄i nico
medis mr̄is tui meri
ta preclara suscipiēs.
ad impetrandā mise
ricordiam tuam sem
per eius patrocinijs
adiuuetur. Per dn̄.

Eufemie uirḡ. Oro.

Omnipotens sempiterne
deus. qui infir
ma mundi eligis ut
forcia queque confun
das. concede propicius.
ut qui bt̄e eufemie
mr̄is tue sollempni
a colimus. eius apud

te patrocinia senciamus. Per dominum.

Lucie et geminiani

Presta domine precibus nostris cum exultatione prouentum: ut quorum diem passionis annua deuotione recolimus. etiam fidei constanciam subsequamur. Per dominum.

Lamberti episcopi et martiris.

Deus qui sanctam huius diei sollempnitatem pro commemoratione beati lamberti martiris tui atque pontificis tribuisti. adesto familie tue precibus. et da ut cuius hodie festa celebramus: eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per.

Januarii et sociorum eius. oratio.

Omnipotens sempiterne deus. da quesumus nobis sancti martiris tui ianuarii sociorumque eius precibus adiuuari. ut cuius festa recolimus. auxilium capiamus. Per.

In vigilia mathei apostoli.

Da quesumus omnipotens deus. ut beati apostoli tui mathei et euangeliste. quam preuenimus ueneranda sollempnitas. et deuotionem nobis augeat

et salutem. Per.

In die sancti Mathei.

Beati euuan-
gliste ma-
thei domine precibus
adiuuemur. ut quod
possibilitas nostra non
obtinet. eius nobis
intercessione donetur.
Per. Mauricii et soc. eius.

Annue quesumus omnipotens
deus. ut nos sancto-
rum tuorum mauricii
exsuperii. candidi. et
uictoris. innocencii
et uitalis. sociorumque
eorum letificet festiua
sollempnitas. ut quorum
suffragiis nitimur.
natalicijs gloriemur.
Per. Eodem die. Oro.

Deus qui nos ho-
die beate ludcru-
dis uirginis annua
sollempnitate letifi-
cas: concede propicius:
ut eius adiuuemur
meritis. cuius castita-
tis irradiamur exem-
plis. Per. In conceptio-
ne sancti iohannis bap.

Da quesumus omnipotens deus.
intra sancte ecclesie
uterum constitutos
eo nos spiritu ab iniqui-
tate nostra iustificari.
quo beatum iohannem
intra uiscera matris
docuisti. Per dominum.
in unitate eiusdem.
Cosme et damiani.

Presta quesumus omnipotens deus: ut qui sanctorum tuorum cosme et damiani natalicia colimus. a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per.

Michaelis archangeli.

29 Sept

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominum que dispensas. concede propicius: ut a quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab hijs in terra vita nostra muniatur. Per.

Jeronimi presbiteri. oratio.

30 Sept

Deus qui nobis per beatum ieronimum confessorem sacerdotem que tuum scripture sancte veritatem et mistica sacramenta revelare dignatus es. presta quesumus: ut cuius natalicia colimus. eius semper et erudiamur doctrinis. et meritis adiuvemur. Per.

Remigij episcopi. oratio.

1 Oct

Deus qui populo tuo salutis eterne ministrum beatum remigium tribuisti. presta quesumus: ut quem doctorem vite habuimus in terris. intercessorem que semper habere mereamur in celis. Per.

Colle die germani et ve.

Exaudi domine
preces nostras et
sanctorum tuorum germani
et uedasti antistitum
festa celebrantem. tem
poralis uite pace tribue
gaudere. et eterne re
perire subsidium. Per.

Sergii et bachii. oratio.

Deus qui hodier
nam diem sanctorum
tuorum sergii et bachi
martyrum consecrasti. da
nobis natalicia uoti
ua digne recolere. et
eorum suffragio ab om
nibus aduersis libe
rari. Per. Colle die
Marcelli et apulei. oratio.

Sanctorum tuorum nos do
mine martyrum mar
celli et apulei beata me
rita prosequantur.
et tuo semper faciant
amore feruentes. Per.

Dyonisii et sociorum eius.

Deus qui hodierna
die beatum dyo
nisium uirtute con
stancie in passione ro
borasti. quique illi ad
predicandum genti
bus gloriam tuam rus
ticum et eleutherium
sociare dignatus es.
tribue quesumus. ex eorum
imitatione pro amo
re tuo prospera mun
di despicere. et nulla

eius aduersa formi
dare. P. Gereonis & s. e.
Deus qui hodier
nam diem victo
rum militum gereonis. &
victoris. cassij. atque flo
rencij. sociorumque eorum
tuis fidelibus venera
bilem prebuisti. et
sicut eos proprijs exi
gentibus meritis per
triumphum marti
rij ad superna celorum
transtulisti. ita et no
bis qs premia largia
ris eterna. Per do.
Kalixti pape. oratio.
Deus qui conspi
cis nos ex nostra
infirmitate deficere.

ad amorem tuum nos
misericorditer per sanctorum
tuorum exempla restau
ra. P. Galli confessoris.
Deus qui nos beati
galli confessoris
tui annua sollemp
nitate letificas. con
cede propicius: ut cu
ius natalicia colimus.
etiam actiones imite
mur. P. Luce ewangeliste.
Interueniat pro nobis
domine qs sanctus tuus
lucas ewangelista.
qui crucis mortifica
tionem iugiter in
suo corpore pro tui
nominis honore por
tauit. Per dnm.

Galli & Lulli
Beatorum Confessorum tuorum
Galli & Lulli nos quesumus Dne
interventio gloriosa commendet
ut quod nostris meritis non ne-
quimus, eorum precibus conse-
quamur. Per Dnm.

Januarii 7 sa ... Cxv

Undecim milium virg.

Deus qui digne tibi sacratis et virginibus mirandi agonis robur indidisti · quo per martirii palmam ad superne contemplationis pertingeret gloriam · tribue quesumus earum nos intercessionibus adiuvari · quas hodierna die transcenso mortis stadio in celestibus fecisti triumphare · Per.

Severi epi. oro.

Da quesumus omnipotens deus ut sanctissimi sacerdotis et confessoris tui severi meritis immense nos tue pietatis misericordia consequi quatinus eius intervenientibus meritis · nostra queant deleri facinora · Per.

Severini.

Deus qui hodiernum diem beati severini confessoris tui gloriosa sollempnitate sacratissimum tribuisti · adesto propicius ecclesie tue precibus et concede · ut cuius gloriamur meritis eius intercessione muniamur in celis · Per.

Crispini et crispiniani.

Benedic quesumus domine plebem tuam

et beatissimorum martirum tuorum crispini et crispiniani deprecationibus confidentem tribue consequi quod sperare donasti. Per. *In vigilia apostolorum symonis et iude. Oratio.*

Concede quesumus omnipotens deus. ut sicut apostolorum tuorum symonis et iude gloriosa natalicia preuenimus. sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam pro nobis ipsi preueniant. Per. *In die sancto.*

Deus qui nos per beatos apostolos tuos ad agnitionem tui nominis uenire tribuisti. da nobis eorum gloriam sempiternam et proficiendo celebrare et celebrando proficere. Per. *In vigilia omnium sanctorum. Oratio.*

S. Wolfg. CCXVI

Domine deus noster multiplica super nos gratiam tuam. et quorum preuenimus gloriosa sollempnia. tribue subsequi in sancta professione leticiam. Per dominum. *Alia oratio.*

Erudi quesumus domine plebem tuam spiritalibus instrumentis et quorum prestas sollempnia preuenire. fac eorum et considerati

S. Wolfgangi Epi fol. CCXVI
et supra S. Remigii fol.

one devotium. et de
fensione securum.
P. In die scorum. oro.

Omnipotens sempiterne
deus qui nos
omnium sanctorum tuorum
merita sub una tri
buisti celebritate ve
nerari. quesumus. ut deside
ratam nobis tue propi
ciationis habunda
ciam multiplicatis
intercessoribus largia
ris. P. Ad scos cosma
et damianum. oro.

Adesto domine martirum
deprecatione sanctorum
et quos pati pro tuo
nomine tribuisti. fac
tuis fidelibus suffraga

ri. P. Eodem die cesarij.

Deus qui nos beati
cesarij martiris tui
annua sollempnita
te letificas. concede pro
picius. ut cuius nata
licia colimus. etiam
actiones imitemur. P.
Willebrordi. oratio.

Deus qui in diversis
nationum populis
preclaros vere fidei
constituisti doctores.
concede quesumus. ut omnes
qui ad sanctissimi
doctoris [illegible] nostri wille
brordi festa conve
nerint. presentis pro
speritatis et future
beatitudinis gaudia consequantur.

Omnium animarum
Eustachii — CCxiiii

P. Quatuor coronatorum.

Presta quesumus omnipotens deus ut qui gloriosos martires severum et severianum carpoforum et victorianum fortes in sua confessione cognovimus pios apud te in nostra intercessione senciamus. Per dominum.

Theodori martiris oratio.

Pretende nobis domine misericordiam tuam ut sanctus martir tuus theodorus cuius nos dedisti patrociniis adiuvari maiestatem tuam iugiter exoret pro nobis. P.

Martini epi. oro.

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus concede propicius ut intercessione beati martini confessoris tui atque pontificis contra omnia adversa muniamur. Per.

Eodem die menne martiris.

Presta quesumus omnipotens deus ut qui beati menne martiris tui natalicia colimus intercessione eius in tui nominis amore roboremur. P.

Bricii epi. oratio.

Presta quesumus omnipotens deus ut beatus bricius tibi placito forte fu-

geat pontificatus· et
pietati tue nos pia
supplicatione commē
det· P· Otmari conf·

Sci otmari cōfes
soris tui domine
ueneranda festiuitas·
salutaris auxilij no
bis prestet augmentū·
P· Octā martini· orō·

Adesto qs dn̄e ple
bi tue· et intercessi
one btī sacerdotis· et
confessoris tui mar
tini· confidenter tribue
consequi qd̄ sperare
donasti· P· elysabeth·

Tuorum corda fideli
um deus misera
tor illustra· et btē ely
sabeth precibus glōsis
fac nos prospa mun
di despicere· et celesti
semper consolatione
gaudere· Per dnm̄·
Cecilie uirginis et mīr·

Deus qui nos an
nua btē cecilie
mīris tue sollempnita
te leticicas· da ut quā
ueneramur officio· e
ciam pie conuersatio
nis sequamur exem
plo· Per dnm̄· Cle
mentis pp̄· et mīris· orō·

Deus qui nos an
nua btī clemen
tis mīris tui atque pon
tificis sollempnitate
leticicas· concede propici

us: ut cuius natalici
a colimus. uirtutem
quoque passionis imi
temur. P. Eodem die.
Presta q̄s omnipotens deus.
ut beate felicita
tis mr̄is tue sollemp
nia recensentes. meri
tis ipsius protegamur
et precibus. Per d.
Crisogoni mr̄is. oro.
Adesto dn̄e supplica
tionibus nr̄is. ut
qui ex iniquitate nr̄a
reos nos esse cognosci
mus. bt̄i crisogoni
mr̄is tui intercessiōe
liberem. P. vig. andree.
Q̄s omnipotens deus. ut
btūs andreas a
postolus tuus. tuum
pro nobis imploret
auxilium. ut a nr̄is
reatibus absoluti. a
cunctis etiam peri
culis eruamur. Per
dnm̄. Eodem die.
Deus qui nos btōrum
saturnini. crisā
tis et darie mr̄m tuorum
concedis natalicio per
frui. eorum nos tribue
meritis adiuuari. P.
In die sci̅ andree. oro.
Maiestatem tuā
domine supplici
ter exoramus. ut sicut
ecclesie tue btūs andre
as apl̄s extitit predi
cator et rector. ita apud

Katherine CCxxvi.

te sit pro nobis perpe
tuus intercessor. Per.
Barbare virginis et martiris.
Intercessio quesumus domine deus
nostra beate barbare vir
ginis et martiris tue glo
riosa ab omnibus adversi
tatibus nos protegat:
ut eius interventu glo
riosissimum sacrosancti cor
poris et sanguinis
domini nostri ihesu christi ante
vite nostre exitum cum
vera fide percipere mere
amur. Per. Nicolai episcopi.
Deus qui conspicis
quia ex nulla
nostra virtute subsisti
mus, concede propicius:
ut intercessione bea
ti nycolai confessoris
tui atque pontificis con
tra omnia adversa
muniamur. Per.
In octava sancti andree. oratio.
Protegat nos domine
sepius beati andree
apostoli repetita sollemp
nitas: ut cuius patro
cinia sine intermissione
recolimus, perpetuam
defensionem senciamus.
Per. Damasi pape. oratio.
Misericordiam tuam
domine quesumus interve
niente beato damaso
confessore tuo atque pon
tifice clementer impen
de, et nobis peccatoribus
ipsius propiciare suffragi

Deus qui beatum nycolaum pontificem
pontifice tuum innumeris deco
rasti miraculis: tribue quesumus ut eius
precibus et meritis a gehenne igni
incendiis liberemur. Per.

is. p. Lucie uirginis.

Exaudi nos deus sa-
lutaris noster ut si-
cut de beate lucie festiui-
tate gaudemus ita et
pie deuotionis erudia-
mur affectu. per dominum.

Thome apostoli oratio.

Da nobis quesumus domine
beati thome sol-
lempnitatibus gloriari
ut eius semper et pa-
trocinijs subleuemur et
fidem congrua deuoti-
one sectemur. Per.

In ueneratione apostolorum

Beatorum apostolorum nos
quesumus domine conti-
nua oratione defende.
ut ipsorum suffragatoribus
dirigatur ecclesia quibus principibus
gloriatur. per. In vi. uincula apostoli

CCxxviii

uestrorum quesumus [illegible]
cula peccatorum [illegible] et
mala a nobis [illegible]
tua exclude. per dominum.

De beato martino

Amauit eum dominus et ornauit eum

Deus qui conspicis quia
ex nulla nostra uirtu-
te subsistimus. concede
propitius. ut intercessione
beati martini confesso-
ris tui atque pontificis
contra omnia aduersa
muniamur. per.

Pro pace. V.

Fiat pax in uirtute tua

Et habundantia in turribus tuis

Deus a quo sancta de-
sideria recta consi-
lia et iusta sunt opera. da
seruis tuis illam quam
mundus dare non potest

te sit pro nobis perpe
tuus intercessor. Per.
Barbare v'gis z m'ris.
Intercessio q's dñe d's
nr̄e b'te barbare uir
ginis et m'ris tue glo
sa ab omnibz aduersi
tatibz nos protegat.
ut eius interuentu glo
siss'mi sacrosci cor
poris et sanguinis
dñi nr̄i ihū xp̄i ante
uite nr̄e exitum cum
uera fide percipere mere
amur. Nicolai ep̄i.
D's qui conspicis
quia ex nulla
nr̄a uirtute subsisti
mus. concede propici[us].
ut intercessione beati

D's qui b'tm nycolaū pium
pontificē tuū innumeris deco
rasti miraclis. tribue q's ut e[ius]
precibz et meritis a gehenne igni
incendiis liberemur. P.

cuī tradidisti. concede ut īntercessionis
ei[us] auxilio ap̄toz n̄coz nexibz
Pr̄a q's omp̄s d's. ut [qui] ... liberemur.
sicut diuina laudam[us] ī s̄co marti
no confessore tuo. atq; pontifice mag
nalia. sic īdulgēciā tuā ei[us] p̄cibz
assequam[ur]... Tribue q's dñe oēs
s̄cos z elc̄os tuos iugit[er] orare pro
nobis. z eos sp̄ clement[er] exaudi. P.
Pr̄a q's omp̄s d's. ut ī resurrēcoē
dñi nr̄i ī x. cū oībz s̄cis p[ar]tiam[ur]
z nos uariter porcionē. Q' te. m
Due ...
Pr̄a nob dñe q's. p̄ h[uj]us aque as
p[er]sionē sanitatē mentis. ītegritatē
corporis. tutela salutis. securitatem
spei. corroboracōm fidei. hic z ī eterna
Pr̄a q's omp̄s d's ut qui s[in]c[u]la s[e]c[u]lor[um]
ī afflictoē nr̄a tecum p[ro]tectione confi
dim[us]. contra adu[er]sa oīa tua s[em]p[er] pro
tecōne muniamur. P.

Anniuer...
Lectio...
Generale...
Dñe ...
Dñe ...

De sancta cruce.

℣ Adoramus te xpe et benedicimus tibi.

Deus qui crucem sanctam ascendisti et mundi tenebras illuminasti, tu corda et corpora nostra per virtutem sancte crucis clementer illuminare et visitare digneris. Per eund.

De beata virgine maria.

℣ Diffusa est gratia in labiis tuis. Coll:

Famulorum tuorum quesumus domine delictis ignosce ut qui placere tibi de actibus nostris non valemus genitricis filii tui domini dei nostri [intercessione] salvemur. Per eund.

De beato petro.

℣ Exaltent eum in ecclesia plebis et

Deus qui beatum petrum apostolum a vinculis absolutum illesum abire fecisti. vestrorum quesumus absolve vincula peccatorum et omnia mala a nobis propitius exclude. Per dominum.

De beato martino.

℣ Amavit eum dominus et ornavit

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitius ut intercessione beati martini confessoris tui atque pontificis contra omnia adversa muniamur. Per.

Pro pace. ℣

Fiat pax in virtute tua

Et habundantia in turribus tuis

Deus a quo sancta desideria, recta consilia et iusta sunt opera, da servis tuis illam quam mundus dare non potest

[illegible]

[illegible] predicatoris [illegible]

De [illegible]

[illegible]

T[illegible] sanctos [illegible]

[illegible] semper [illegible]

P[illegible]

[illegible] regnan[illegible]

in eodem filio tuo ihesu
xpo dño nro. Qui tecū

V. Domine apud te est fons vite.

R. Et in lumine tuo videbimus lumen.

oremus

Presta nobis domine
quesumus p̄ huius aque
aspersionem sanitatem
mentis integritatem cor
poris tutelam salutis secu
ritatem spei corroboratio
nem fidei perfectionem
caritatis hic et in eterna
secula seculorum amen.

V. Ostende nobis domine
misericordiam tuam.

